




# Aristophanis clarissimi comici Plutus


<https://hdl.handle.net/1874/273588>





W. qu.  
246


246


Rariora




















6. 226. gec  
L.D. Sol.

ARISTOPHA  
NIS CLARISSIMI COMICI  
PLVTVS, INTERPRETE LAM-  
berto Hortensio Montfortio.



SOLVTRAIECTI.

Harmannus Borculous excudebat. Anno,

1556.

Cum gratia & privilegio.



ARISTOPH:  
MIS OLARISSIMI COMICI  
PLATYAS, INTERPRETE IAC-  
QUES HOMMEL MOLINUS  
P. \*



ZALTRAIETI

PHILIPPE BOUCQ EXCEQUIER, Audo

1 2 3 4

PHILIPPE BOUCQ

SO REVERENDO IN CHRISTO PA  
TRI GERARDO NEOCLESIANO ABBATI  
ad D. Paulum, Lambertus Hortensius Montfor-  
tius S. D.



Vm olim admodum adhuc adolescens in primo stu-  
diorum meorum tirocinio Louanium ingenij exco-  
ledi causa venissem R. P. nihil prius, nihil antiquius  
duxi, quam eas linguas; quantum tum dabatur, iuue-  
nili ardore perdiscere, sine quibus omnes artiū facul-  
tates infelicititer, nullaq; cum laude discuntur. Acue-  
bant me ad id nō solum veterum scriptorum exempla, verum etiam  
Latinorum Grammaticorū præcepta, & necessitas planè Diomedea.  
Prodibāt enim indies in lucem, è situ, & squalore eruti veteres autho-  
res, quibus pristino nitorि Erasmi aliorumq; doctorū hominum in-  
dustria ac diligentia restitutis, atq; emaculatis, plura græca penè in-  
sparsa, quam Latina lectorem librorum helluonem (vt eo verbo in  
re tam præclara mihi vti liceat) remorabantur. Clarebant ea tempe-  
state in illa ipsa Academia linguarum professores, Græcæ Rutgerus  
Rescius, Latinæ Conradus Goclenius, Hebraicæ Ioannes Campensis  
viri cum diligentes in tradendo, tum in sua quisq; palæstra primi no-  
minis, quorum fama, & celebritate vndiq; studiosi exciti Lyceum il-  
lud literatissimorum hominum frequētia ita replebant, vt breui inde  
tanquam ex equo Troiano foeto innumerabiles milites armis Palla-  
dis instructi, & egregie exercitati prodierint. Audiebā etiam eximiū  
Peripateticum Ludouicum Viuem, & insignem rhetorem Ioannem  
Paludanum, iam tum senem admodum; quem quoties audiebam de-  
clamantem, & libros rhetoricorum Cice. ad Herennium explicantē,  
videbar mihi videre, & audire Nestorem illum Homericum, τὸν δύτη-  
ν, τοὺς ἀπὸ σοφῶν μέλιτος γλυκὺς οὐρανοῦ αὐτῷ. Erat mihi tum in eo  
studiorum meorum curriculo contubernalis, cum quo omnes ratio-  
nes illorum sedulò communicabam, in re literaria mecum ab vngui-  
culis Ultraiecti educatus, Ioannes Guinterius Andernacus, tenuis  
fortis tum quidē, sed ingenij præstantis, & ad apicem eruditio-  
nis na-  
tus, id quod breui tēpore pōst nō obscurè declarauit. Huius rei testem

A. n.

locuple-

locupletem habeo Stephanum Montanum virum grauem, iuxta & cruditum. Nam breui post ille Louanio digressus, cum Lutetiam venisset, statim specimen ingenij sui, quod ad id temporis usq; in umbra delituerat, cum magna laude & gloria edere coepit. Etenim grecę linguę professionem auspicatus, stipendum regium, idq; splendidum, & magnificum paucis diebus meruit. Inde ubi aliquam diu rei mediae operam non segnem nauasset, ad laurum eius professionis peruenit. Testantur id eius versiones. Et hodie in re publica Argentoratensi inter senatores summū locum tenet. Cum hoc, ubi grecam linguam praecipuum studi orum meorum scopum proposuissimus id temporis, quod angustum admodum tum mihi concessum fuerat, noctes & dies peruvolendis grecis authoribus, quorum tum copia ad manus erat, iuuenili ardore impendebamus. Sed quia in illis delectus erat habendus, quod alij alijs sint auspicantibus accommodatores, non à Demosthene, non ab Homero, aut Pindaro incipiendū esse arbitrabamur, sed à dictione familiari: ut apud Latinos à Terentio, quem Cicero familiarem suum vocat, ita apud Græcos ab Aristophane Comico rectissime duximus auspicandum. Mouebat nos præterea cum aliorum doctissimorum hominum, rum D. Chrysostomi authoritas, qui eum authorem ita diligenter perdidicisse traduntur, ut à dormientiū pulvinaribus nunquā discesserit. Etenim tanta orationis est mundicies, tantus nitor, tanta festivitas, & salutudo, ut si Musæ Græce vellent loqui, non alio, quam sermone Aristophanico vterentur. Quamobrem posteris temporibus ego huius Comici lectione adeo delectatus fui, ut ad verbum propè perdidicerim. Inde vertere eum primum oratione soluta copi: quod cum vicinj succedere sensi, tentavi etiam num eodem carminis genere latine possit reddi. Feci enim hoc vel eo audacius, quod classicos authores mihi exempla in eo exercitationis genere habeā. Itaque Plutus in tuo nomine R. P. exit in lucem, quæ ordine primum licet locum teneat, postremam tamē scriptam tradunt. Adieci annotationes, quæ loca obscuriora illustrarunt. Quamuis fortasse eiusmodi non est, ut à Scopa artifice eius simulacrum, aut Phidia, sculptum videri possit, aliquem tamen locum in Musarum æde merbitur. Quod si hunc meū conatum studiosis probari sensero, idem multo alacrius in cæteris, alijs post alias periclitabor.

VITA

## VITA ARISTOPHANIS.



RISTOPHANE M Rhodium multi , alij Lindium , nonnulli Aegiptum , quidam Camerium fuisse produnt , lege uero Atheniensem , gente Cydathenaum , tribus Pandionidis . Patrem habuit Philip-  
pum . Omnia primus Comœdiam prisca forma , & ratione dissolu-  
tam , & nullo artificio uagatem , in commodiorem uenustioremque for-  
man rededit , docuitque princiipe Philotimo , per Callistratum , cum ad id temporis usque  
Eupolis , & Cratinus acerbius , impuriusque quam decuerat , quo suis conuictiati essent .  
Noue Comœdie specimē prium in Cocalo edidit , unde Menander & Philemon ini-  
tium , & occasionem dramata scribendi sumpserunt . Primo adolescentie flore natura  
uerecundior fuit quidem , sed ad miraculum usque ingeniosus atque industrius . Primos  
suorum dramatum fœtus propter Callistratum , & Philoniden submisit . Qua de cau-  
sa in eum cauillis luserunt Aristonymus , & Amepsias , dictitantes eum quartâ  
luna natum , iuxta prouerbium , quippe qui alijs , non sibi elucubraret . At postquam au-  
daciō esse cœpit , acerbissimas cum aduersus alios , tum precipue Cleonem , insolenter  
rempub. gerentem inimicitias exercuit , scriptis in eum Equitibus in quibus in eius  
tyrannidem inuehitur , fartaque detegit . Itaque cum nemo histriorum illius personam  
per metum gerere auderet , ipse poëta eius partes egit , fuso ac nimio multu oblitus , ne  
agnosceretur : extitique unus illi causa , cur in foro reus actus , ab equitibus quinq[ue] ta-  
lentis , hoc est , tribus milibus aureorum multaretur . Testatur istud ipsum in Acharnēa  
sibus poëta , cum ait .

Ἐγὼ δέ τοι φέρω τὸ κέαρ ἐν φερότω ιδώρ  
τοῖσ πέντε τελάστοις , δισ κλέωρεγμον . id est .

Equidem probè noui uoluptatem mea

Cepisse me mente , ex talentis scilicet

His quinq[ue] , que euomuit Cleon .

Sed multo postea infestior illi effectus fuit inimicus Aristophanes , cum Cleonei dicam  
scripsisset iuris peregrini , tum autem , quod in fabula Babylonijs presentibus peregrin-  
nis Atheniensium magistratus , qui sortito legerentur , ceu ē plaustro traduxisset , poë-  
tam ipsum hospitem appellans , quod eum quidam Rhodium , alij Aeginiten arbitrat-  
plane sycophantarentur : opinor siue quod illic prædia habuisset , siue quod Philippus  
eius pater Aeginita esset .

Absolutus fertur respondisse facetè ,

μίτης μετ' εμὲ φεσὶ τοι ἐμεναι , αὐτοὶ γέγονε

ἐνκοῖσ , συ γαρ πῶτισ ἐδη γόμεν αὐτοῖσ αὐτέχνω . id est .

Huius me

Huius me esse refert mater, uerum haud ego noui,  
Nemo etenim ipse suum genitorem nouit adultus.  
Semel atq; iterum sycophantijs id genus laceſitus, nō ſolum iudicium ſententia diſceſa  
ſit abſolutus, uerum etiam ciuiſ in ciuitatem adſcriptus fuit. Triumphauit iſthoc quidem  
pacto de Cleone, id quod non obſcure ipſe teſtatur cum ait: egomet me noui, quæq;  
à Cleone perpeſſus ſum. Muſto inde celebriuſ nomen eſt conſequutus, ubi ſycophantias  
ſuos reteuiſſet, quos in Vefpiſ, ſuas febreſ cum rigore algidaſ nuncupat. id eſt.  
Qui parentes ſuos noctu preſocabant, & auos obtorto collo arreptos strangulaabant.  
Ciuibus in primis chariſſimus fuit, quod ſuis dramatiſ id unum ageret, ut oſtenderet  
rempub. Athenienſem liberam eſte, neq; unquam ab ullo tyrranno ſeruire coactam: ſed  
ne tum quidem, cum in democratia ipſe populus rempub. administraret. Qua de cauſa  
ſa oleagma ſacra fronde, cui par prop̄ honoſ cum aurea tum habebatur, coronari mea-  
ruit. Præterea eius carmini tāta acceſſit dignitaſ, ut ab eo Aristophanicum diceretur.  
Porro fama eius nominis quanta tum apud omnes mortales erat, uel hinc liqueſ, quod  
cum ad Persas uſq; dimanafſet, rex ipſe percontaretur, inter quas gentes Comicus iſte  
ageret. Tradunt Platonem Dionyſio Syracuſanorū tyrrano, cum Athenienſium po-  
litiam ſcire expeteret, Aristophaniſ Poēſim, & Socratiſ accuſationem miſiſe, que  
extat in Nebulis, eiq; respondiſſe, ſimulatq; in eius poēta dramatiſ diligenter eſſet uera-  
ſatus, iſpum iam illius urbiſ politiam perdiſiſſe. Fuit, ut initio dictum eſt, posterio-  
ribus comicis, in primis Philemoni & Menadro prima occaſio, & calcar ad idem ſtu-  
*Ind. Myſtr*  
dium Muſicum emulandum. Cum autem publice cauſum poſtea eſſet, ne quis in Comœ-  
dijs amplius perſtringeretur nominatiſ, neq; materia ad ſcribendū occurrebat, (nane  
uitiorum inſectatio commune omnium comœdiarum erat argumentum) Cocalum Co-  
mœdiā, in qua introducit Phthora, hoc eſt, corruptionem, ſtragem, ſtuprum, & ini-  
teritum, & ἀναγνώſμόν, hoc eſt, recognitionem, aliaq; nonnulla, que Menander  
poſtea imitatus eſt, ſcribere aggressus fuit. Inde Plutum emiſit, in cuius actione Ara-  
rotē filium populo commendauit. Moriens reliquit liberos, Philippum, Arrarotem,  
& Nicoſtratum: pro quorum poſtramo quidā Philetarum ponunt. Comœdias ſcripſit  
quadraginta quatuor, e quibus Poēſis, Naugus, & Inſule, illius eſſe negantur, tribuunturq;  
Archippo. Aristophaniſ inueniuntur eiuſ ſtetrameter & octomeſter. Claruit  
circa ſeptuagesimam tertiam Olympiadem. Mortuum Plato huiaſmodi epigrammate  
heroëlegiaco celebrauit.

Διχάρητο τέ μενόστε λαβεῖν, οὐτε δύχι ταστίον  
ζητοῦσι τυχλὸν ἔνδομ αριſοφάνον. id eſt.

Cum ſit

Cum fanum Charites peterent nunquam ruiturum,  
Sunt nasci sacrum pectus Aristophanis.

### ¶ Scopus praesentis dramatis.

**A**thenis usq; adeo omnium bonorum morum corruptela inuaderat, ut difficiliorum esset corriger. Nihil enim pensi publicè priuatumq; habebatur, ut uiueretur, modo quibuscumq; artibus opes ex copias consequerentur. Audiebant autem hoc nomine non solum peccati q; qui illiberalibus artibus sordidum questum faciebant, uerum etiam iudiciorum presides, rhetores, philosophi, ex in universum omnes religiosi antistites. Itaq; cum poëta principi ciuitatis tum gratum uellet facere, hanc comediam Plutum scripsit, in qua Plutum deum finxit bonos declinantem, uersantem degenitemq; inter malos, ex flagitijs coopertos. Hoc commento palam coarguebat, ut quisq; uir esset optimus, ita fore in uita humana eum esse infeliximum, ex tenuissime uiuere, quod malis artibus ditescere nequeat. Rursus opes ferè ad indignos dilabi, quod à paucis ex iuste parentur, ex recte collocentur. Quare fieri uidemus, quod iuxta pauciam paupertas sapientiam sortiatur: ex sub trita lacerna sè penumero non solum summa eruditio, uerum etiam sanctimonia ex iusticia delitescat. Iam ut opes nunquam auaritia cuiusquam explent, ita nemine reddunt meliorem: ut etiam optimos quosq; qui eas possideant sè penumero ab aequo ex bono transuersos agant, reddantq; proteruos magis ex insolentiores: ut Chremylum, Blepsidemum, aliamq; plebem agrariam, qui è tenui re ad magnas fortunas Pluti benificio hic euadunt.

### ¶ Argumentum Pluti.

**C**um Aristophanes Atheniensium iniustitiam, sycophantas, eosq; qui simili fraude impia ad opes uiam affectarent, senem quendam ex agris rusticum iustum quidem, ex frugi hominem, ceterum pauperem introducit. Hic cum famulo suo oraculum petit Apollinis de filio, num oporteat cum suis popularibus cum à laudatis moribus in omnia flagitia dissolui, ut aliquando isthoc pacto opulesceret, quod boni omnes qui uirtutem amplectentur, inopia ex extrema paupertate premerentur, uti ex ipse. Nihil perspicue respondit Apollo quidem, sed hunc tantum sequi iubet, cui primum fastus fuisset obuiam, inde ab oraculo digressus. Incidit forte fortuna in senem cæcum, ex rugosum, pannisq; obsitum. Erat autem is Plutus. Hunc iuxta oraculi fidem subsequitur, Plutū eum esse interim nesciens. At famulus Carion cùm tacite indignaretur quod cæcum precedentem sequeretur præpostere, quæ ducere debuisset potius, agrè caussam rei ex hero cognoscit. Inde improbis minis Pluto extorquent, mix tandem, ut doceat quis sit,

quis sit, & quo casis cæcus à Ioue effectus, ita sus deq; obserret. Gaudio itaq; perfusa  
inter se consilia conferunt de abducēdo illo in Aesculapij farum, ut dei beneficio uisus  
e eco restituatur. Explicatur hic pulcherrima diſſertatio Blepsidemi & Penie, hoc est,  
paupertatis. Dicitur Plutus domū Chremyli. Ditescūt sub hec nō illi modo, sed in uni  
uersum omnes pauperes, qui piè sancte q; uixerant. Docta hæc fabula est, principe An  
tipatro. Egitq; hanc omnium poſtræmam per filium suum Aratorem, ſpectatoribus  
eum commendare uolens.

¶ Histriones per quos egit suas Comedias fuerunt Callistratus & Philonides: plea  
beias per Philoniden. priuatas, quas Graci idioticas uocant, per Callistratum.

### ¶ Argumentum.

**V**ir iustus, atq; pauper idem oraculum  
Petit, an ualeat mutatus opes corraderet.  
Cui Deus respondit, ut ſequeretur hunc,  
In quem uirum primum incideret, mox obuius  
Conſpicitur oculis Plutus orbatus suis.  
Hunc agnitus adduxit domum, popularibus  
Ut particeps eſſent, uocatis cæteris.  
Mox hinc properarunt pharmacis medicarier  
Oculos, & in ædem Aſclepij abducunt dei.  
Subito Penia uetat id fieri. ueruntamen  
Viſu recepto, nemo diues factus eſt  
Malorum, at omnium bonorum erant bona.

### ¶ Huius dramatis personæ.

Carion famulus.	Iustus uir.
Chorus rusticorum.	Anus amica adoles.
Vxor Chremyli.	Sacerdos Iouis.
Sycophanta.	Plutus.
Mercurius.	Penia.
Chremylus herus.	Vir iniustus.
Blepsidemus.	Adolescens.

PLVTVS.

Carius famulus.

**V**T est onus graue, esse seruum o Iuppiter  
Et dij, fatui ac despicientis heri:nam optimè  
Si seruus ei consuluerit, uideatur hac  
Præstare non hero suo : quare mala  
Necesse seruum est participare sedulo.  
Sed ne in suum quidem ipsius corpus sinit  
Ius imperiumq; habere fortuna insolens,  
Sed eum, ære quondam qui suo parauerit.  
Atq; ista sic quidem se habent. Apollini  
Qui uaticinatur tripode huic ex aureo  
Iustam hanc querelam conqueror: quod cum medicus  
Sit, & sapiens uates, (uti ferunt) herum  
Insanientem ab se remiserit meum,  
Qui à tergo hominem cecum sequitur præpostere  
Quām conueniebat facere, facit ans. at hos  
Nos, qui uidemus, præeentes ducimus  
Cæcos, hic autem sequitur, & me ui simul  
Subigit facere id ipsum. & rogatus interim  
Hæc quid sibi uelint, nihil prorsus mihi  
Respondet, ac ne gry quidem, ut dementia est.  
Equidem nihil est, quam obrem sileam, ni dixeris,  
Cur hunc sequamur tandem here, at negotium  
Tibi facebam. non enim me, qui geram  
Cædes, coronam, libere quod dixerim.  
Chr. Non per louem, uerum coronam ui abrahām,  
Si mihi molestus esse pergas, ut magis  
Etiam dolcas. Car. Nuga, nec enim omittam prius  
Quām edisseras mihi, quis tandem hic est: nam cum siem  
Seruus benevolus tibi, uehementer expeto  
Id scire. Chr. At enim te horum nihil cœlauero.  
Te duco enim famulū mihi fidissimum  
Iuxta & benevolentissimum. ego equidem pius  
Cum essem, & simul iustus, tenuem & pauperrimam

B

Vitam

Tripode. Ex tripode di-  
cta. de his, quæ vehemē-  
ter vera & indubitate  
videri volumus. Ex A-  
pollinis Pithñ oraculo  
sumptum.  
Homi. cæc. allusum ad  
proverbiū, cæcus cæ-  
co dux, quoties præpos-  
tere aliquid, facimus.  
vt si quis indoctus do-  
ctum vexit docere.

Ne gry quidē. hyperbo-  
le proverbialis, pro , ne  
tantulā quidē. Gry enī  
minimū quiddā, ac sor-  
des vnguium, ac vocem  
suillā signat. Huiusmo-  
di vocē ædere solēt, qui  
grauantur alicui respō-  
dere, inquit D. Erasmus  
Est & minutū nimis-  
ma. Hinc deducitur ver-  
bū γρύζειν. grunire.

Coronā. Nā qdūcū ad-  
dibāt, coronati accede-  
bāt: neq; fas erat p suo  
iure heris in seruos a-  
nimaduertere. Et in co-  
ronamētis, serui & libe-  
ri pari iure & honore  
censebātur. Quare Ca-  
riō, eo q; coronā geslet,  
liberrime loquitur.

## ARISTOPHANIS

Vitam usq; degi. Car. Noni equidem id sane probē.  
Chr. Reliqui affatim euasere rerum diuites,  
Tum sacrilegi, tnm sycophante, & rhetores.  
Omnesq; scelesti, atq; improbi. Car. Credo admodum.  
Chr. Ratus igitur meam miseri esse homunculi  
vitam ipsius iam propemodum exhaustam, Deum  
Adij, ut aliquando de hisce rebus scisciter,  
Gnatus, mihi qui esset unicus misero seni,  
Num nam expediret, ut simul in contrarium  
Verso instituto, candidisq; moribus,

Græci summa mortum Versutus esset, subdolus, iniquus, nihil  
corruptionem significata Sanu, ratus isthuc commodis uite uile.

Nā Pythia vates coro- nata incedebat, ipso sa- cri tripodes laureis ser- tis reuincti erant.

Car. Quid igitur hic Phœbus loquutus est tibi  
Tandem è coroni? Chr. Audies. dilucide  
Deus hoc mibi respondit, cui egressus forem  
Statim obuius, hunc non mittere unquam in posterum  
Inquit mihi, sed ut domum me subsequi  
Inducerem persuasionibus meam.

Car. Et huic igitur primum obuias? Chr. Huic scilicet.

Car. Nec adhuc dei tu intelligis sententiam  
Rudissime, aperte te monentem, ut filium

Vnaqueq; regio suos ha- bet peculiares mores & instituta, que hospites Chr. Vnde istud ita esse indicas? Car. Vel cæcus hoc  
nō damnare, sed pro se Perspicue oculis cernat suis uidelicet:  
quisq; imitari debet.

vō uοσ ιχθύωοτ. Cæcus, hyperbole pro- uerbialis, de te vehemē- Chr. Quod tempore hoc sit utile in uita admodum, id  
Sani nihil exercere filium unicum.

Chr. Cur huc, nihil est, uaticinium tendat, sed in  
Maius altud quiddam. Sed hic si dixerit  
Nobis quis ipse siet, & buc qua gratia  
Et quid uolens aduenerit nobiscum, age  
Tum poterimus, sibi quid uelit nam oraculum  
Cognoscere nostrum. Car. Heus tu eloquere nobis prius  
Quis es, aut quæ ob isthac merueris, faciam tibi.  
Chr. Effarier oportet citissime. Plu. Tibi

Plorans

PLVTVS.

Plorandum equidem dico. Car. Capis, quem se esse ait?  
 Chr. Hoc tibi loquitur, non mibi. nimis importune enim  
 Ac duriter ipsum interrogas, & rustice.  
 At tu, uiri si frugi alioqui moribus  
 Caperis, mibi dicito. Plu. Inquam equidē flendū est tibi.  
 Car. Rape hunc hominem, simul ipsius dei alitem.  
 Chr. Non per Cererem posthac fuerit cur gaudcas.  
 Et nisi mibi plane dixeris, quis nam sies,  
 Te præcipitem datum male disperdam malum.  
 Plu. A me o amiculi faceſſite procul hinc.  
 Chr. Minime. Car. At qui here id quod dico fuerit opti-  
 Ut proteram hunc hominē modis miserrimis, (mū,  
 In præcipiti positum loco, ac relicto ibi  
 Abeam, ut deorsum illinc datus præceps, caput  
 Et sentiat collum sibi conteri illico.  
 Chr. Quin arripe oxyus. Plu. Minime. Chr. Dices proin?  
 Plu. At uero ubi intellexeritis, ego quis siem,  
 Noui probè, quod me malis tractabitis  
 Modis, neq; mittetis. Chr. Modo tu, nos per Deos,  
 Volueris. Plu. Ergo me prius dimittite.  
 Chr. Missum en facimus. Plu. Proin animos aduertite.  
 Cogor ei dicere (ut uidetur) statueram  
 Quæ habere clam. Plutus sum equidē ipsus. Chr. O uirūm  
 Tu omnium foedissime, etiamnum dein  
 Plutum esse te conticueras? Car. Heus uir bone  
 Tun' Plutus ita infœliciter squalens situs  
 O Phœbe Apollo, omnesq; dij, o demones,  
 O Iuppiter, quid ais: is es re uera? Plu. Ita.  
 Chr. Ille ipſus ais? Plu. Ipſissimus. Chr. Proin dic mihi.  
 Vnde huc ades squalore ita totus obſitus?  
 Plu. Ex Patrocli adibus, qui ab eo, quo natus est,  
 Haud lotus unquam est. Chr. Id mali, dicas mihi  
 Quinam accidit tibi. Plu. Iuppiter mortalibus  
 Qui cuncta bona inuidet, mala hæc dedit mibi.

Erat hic Patroclus eoru-  
 vus, qui Athenis vitâ  
 Laconicam se labatur,  
 diues alioqui, & sordi-  
 dus, ac profligate vite, a  
 quo hyperbole preuer.

ARISTOPHANIS

trata est, Patroclio fordin  
 dior, in diuité, sed op-  
 pido fordinū. Idem præ Me iturum ad honestos, & sapientes, & probos  
 nimia parsimonia, præ Solos uiros, me aetutum oculis orbauit, ut  
 terquama quod nunquā balneo e flet usus, pecu- Miser nihil uspiam inter hos dinoscerem  
 nię sue custodiēdæ cau- Vllum aliquem. ita ille bonis male inuidet.  
 sa neminē se adire pa-  
 tiebatur.  
 Chr. Atqui à uiris frugi colitur honoribus  
 Piusq; solis. Plu. Fateor. Chr. Age age, igitur  
 Si recipias uisum, uelut antea, malos  
 Iam tum fugies etiam. Plu. Admodū. Chr. Tum te seras  
 Et ad uiros iustos, & ad piros? Plu. Ita,  
 Nam tempore haud ego uidi eos longo quidem.  
 Chr. Mirū hoc nihil, cum nec ego quidē ipsus peruidens.  
 Plu. Nunc mittite me, iam ex me ista tenetis lucide.  
 Chr. Non per Iouem, quin te retinebimus magis  
 Multo iam etiam. Plu. Nonne ante dixi hoc, quod mihi  
 Negotium faccesseretis improbi?  
 Chr. Quin tu, obsecrō, morem gere, neu me deseras.  
 Non enim inuenies, si quæseris, usquam uirum  
 Me moribus frugi magis: non est enim  
 Extra me aliis, non per Iouem. Plu. Ita omnes dictitant,  
 Vbi me fuerint re uera adepti, ac diuites  
 Fasti, superant sceleribus omneis turpibus.  
 Chr. Est ita quidem, at non sunt male omnes perditii.  
 Plu. Non per Iouem, sed simul ad unum omnes quidem.  
 Car. Diu eiulabis. Chr. Tu, ut scias, que commoda, &  
 Quanta bona senties, si apud nos manferis,  
 Aduerte animum, ut intelligas, existimo  
 (Non sine deo dicam) dubio procul, breui hac  
 A cœcitate uindicaturos, ubi  
 Reddiderimus uisum. Plu. Minime id agas bone,  
 Nolo mihi uisum restitui. Car. Quid tu aies?  
 Natura hic homo miser est, & infelix nimis.  
 Plu. Nam stultitium hanc uestram audierit ubi Iuppiter  
 Et senserit facta ista, iuxta & pesima

Dicta,

PLVTVS.

Dicta, obteret me. Chr. Nōc id haud facit, o bone  
 Qui te pedibus titubantem, & impingentem ita  
 Committat oberrare. Plu. Haud scio, metuo illum ego  
 Supra modum. Chr. Verum? o timidissime omnium  
 Deorum, an extimas Iouis esse tyrannidem,  
 Aut illius fulmina facienda trioboli?  
 Plu. Ah ista noli dicere o male perdite  
 Rustice. Chr. Quiesce queso equidem iam te Ioue  
 Multo potesse plus docebo maximo.  
 • Plu. Men' tu: Chr. Illico per cœlum. dīs per quē imperat  
 Iuppiter? Car. Is? argentum, quod illi est plurimum.  
 Chr. Agedum. quis illi præbet hoc? Car. Hic scilicet.  
 Chr. Per quem sacrificatur Iouis certè per hunc,  
 Car. Omnes enīa ditescere palam flagitant.  
 Chr. Proinde hic est author, facileq; ueteruerit,  
 Modo uelit, h.ec. Plu. Quanā ratione isthuc? Chr. Rogas?  
 Nam nullus hominum sacrificaret amplius, haud  
 Haud libū, haud bouē, haud quicquā aliud, haud uolēte te,  
 Plu. Quonam modo? Chr. Quonam modo? non est enim,  
 Quo quis quid emat prorsus modo.  
 Nisi tu pecuniam dederis præsens. Iouis  
 Ergo facile solus uales potentiam  
 Subuertere, si qua laserit te iniuria.  
 Plu. Quid ait per hunc me sacrificant ei? Chr. Maxime.  
 Si per Iouem quid magnificum est, & splendidum, aut  
 Amabile mortalibus, id omne fit tuo.  
 Beneficio. omnia obedivit pecunie  
 Studio. Car. Sed & ego equidem ob modicum pecunie  
 In seruitutem sum redactus, forsitan  
 Ne diues unquam euaderem miser. Chr. Sed &  
 Aliunt meretriculas Corinthias, eas  
 Cum pauper adit, noctem ut perat unam quipiam, haud  
 Aduertere animum. at si uiciſſim opulentior,  
 Illas ad hunc statim applicare podicem.

Hinc nota creditur pa-  
 rœmia, Nō esse cuiusli-  
 bet Corinthū appellere.  
 eū significamus res esse  
 supra uires. D. Eras. du-  
 plicē eius vsum ostēdit.

Car.

ARISTOPHANIS

Car. Aiuntq; pueros istud ipsum facere item.

Non propter amatores quidem, at pecuniam.

Chr. Non frugi eos, sed scorta. nam pecuniam

Haud expetunt boni. Car. Quid igitur? Chr. Alius aut

Equum bonum, canes alius uenaticos.

Car. Pudore præ haud audent petere pecuniam

a Euell. Apud Atheni- enses mos erat, ut in e-

dulterio deprehēsīs pili Forsan, tegant quo hoc nomine tales dedecus.

e podice publica igno- Chr. Artes item omnes, & doli, & sophismata

minia euellerentur, sed Inter homines reperta sunt te propter, &

pasperēs tantū adulteri. Eorum hic aīdēns corium secat suum:

Exercet alter fabrariam, atq; tractat es.

& πορφυρίδος. Est qui fabricat ligna: aurum aliquis fundit, quod abs

Opulentiorum pœna, Te acceperit, alter per Iouem uestes rapit

multa erat pecunaria. multa erat pecunaria. Furtim: alius & muros fodit: fulloniam

b Pamphilus & Belenopoles celebres scene ratores erant Athenis: Exercet hic: immundus lauat iste uellera.

sed in primis factiosus Pamphilus, & aurā po- Diuendit: est qui adulter ob te a euellitur

pularē sequutus rēpub. Deprehensus alicubi. Plu. Miserum me, isthac diu

gesserat, & ærariū depe- culatus fuerat. Quare Latuere me. Chr. Rex magnus ille non per hunc

peculatus actus reus, bo Fastu intamet? Car. Concilium & hunc propter coit.

nis in publicū redactis, publice venūdatuſ ſuit. Chr. Quid? & triremes nonne tu compleſ graueis?

Sunt qui dicāt Beleno- Car. Sed præſidium, atq; Corinthiacum unā exercitum,

polen Pamphili parati- tū fuſſe, atq; vna cum Nonne hic alit ſolus? Chr. Quid ob hunc nō b Pamphilus

Thraſonis ſui caſu in ca Flebit? Car. Belenopoles ſimul cum Pamphilo?

lamicatem cecidiſſe. Chr. c Argyrius autem, nonne propter hunc male

c. Argyrius tanta fuit mollicie, ut incedēs pat- Pedit? Car. d Philepius dicit fabulas

ſum vētris crepitū aede- ret. Huius audaciā & Te propter? Chr. Auxilium coactum Aegyptijs

quaritiā comœdiæ per- Cauſa tua nonne eſt? Car. Lais Philoniden

ſtingunt.

d Philepius, historia- An non amat propter te? Chr. Et illa e Timothei

rum ſcriptor erat, ſed Turris? Car. Ruat in te. Chr. Ergo omnia hec an nō tua

pauper.

e Timotheum impe- Cauſa unius geruntur? omnium proin

ratorē dicit, qui ob rā ſolissimus cauſa es malorūnq; & bonū,

in te militari ſcilitatē dormiētis rete trahere Id quod probē noſti. Car. Proin uictoriam

dixit ſuit.

ii obtinent ferē omnibus in pralijs

Solus

PLVTVS.

Solus quibus insidet hic. Plu. Facere unus certe egon?  
 Tam multa possum? Chr. Et multo etiam hisce per Iouem  
 Plura, ut tui nunquam satur mortalium  
 Quisquam siet. reliquarum enim rerum omnium  
 Est satietas. amoris. Car. Et panum simul.  
 Chr. Et musices. Car. Tragematū. Chr. Et honoris quidē.  
 Car. Placentularum. Chr. Strenuitatis. Car. Ficuum,  
 Et caricarum. Chr. Sitis honorum. Car. Nautici  
 Panis. Cbr. Strategiæ. Car. Sed & lentis. Chr. Tui  
 Nunquam fuit quisquam satur mortalium.  
 Verum talenta si tredecim quis ceperit,  
 Multo magis cupit accipere uel sedecim.  
 Hec nactus ubi fuerit, deinde percepit  
 Congerere quadraginta, uel non esse, ait,  
 Vitam sibi uiuendam. Plu. Enimuero mihi admodum  
 Pulchre uidemini loqui, uereor tamem  
 Vnum modo. Chr. Cedo, quid. Plu. Potentia istius  
 Quam predicatis uos habere me, ut decus  
 Verum teneam. Chr. Imò per Iouem. sed dictitant  
 Omnes timidum quiddam esse opulentiant.  
 Plu. Nequaquam ita est, sed fur cùm aliquando parietem  
 Perfoderet, ita calumniatus me est, domum  
 Quod prorsus ei ingresso nihil fuit obuium,  
 Quod diriperet, seclusa cuncta at repperit.  
 Post illa nostram prouidentiam bonam  
 Cœpit uocare timiditatem illic scelus.  
 Chr. At nunc nihil est, cur prorsus amplius sies  
 Sollicitus: etenim si fueris uir ipsem  
 Ad hasce res promptus, & alacer, faxo bremi  
 Mox ut uideas uel Lynceo ipso acutius.  
 Plu. Qui poteris illud facere tu, cùm sis hoīo?  
 Chr. Spem coucipio bonam ex ijs, Apollo quæ  
 Dixit mihi, laurum quateret cùm Pythicam.  
 Plu. Horū ipse quoq; erat cōscius? Chr. Quid? maximē.

Plutus timidus. Ignava  
 est opulentia: contra,  
 paupertas gnava & ex-  
 pedita.

Lyncei prodigiosa per-  
 spicacitas in hyperbolē  
 prouerbiale abijt, de  
 vehementer oculato, &  
 visus acutissimi.  
 Pythi. Ajunt circa Tri-  
 podē Delphicū laurum

Plu. Vis

## ARISTOPHANIS

fuisse, quā Phœbas va- Plu. Videte. Chr. Ne tu sollicitus sis, ò bone.  
ticinatura quatiebat. Egomet (scias) ut emori si oporteat  
Me, isthac dabo confecta. Car. Tu uelis modo,  
Et ego. Chr. Simul aderunt alij, qui nos iuuent,  
Multi uiri iusti, quibus farina non  
Fuit. Plu. Pape auxilia misera tu prædicas  
Nobis, laboribus sata. Chr. Minime, ab integro  
Nunc si occipient ditescere hi. quin tu heus abi  
Volans celerrimè. Car. Loquere ergo, faxo quid.  
Chr. Socios uoca agricolas: in agris forsitan  
Eos miserè laboribus deprehenderis  
Sese excruciantes, huius ut Pluti parem  
Partem accipiant nunc singuli nobiscum. abi.  
Car. Abeo, sed hanc aliquis eorum, qui domi  
Reliquias victimarum Sunt intus, auferat citus carunculam  
Delphicarū innuit. Re- ueris enim a victimis,  
de earū reliquis aspor- Intrò. Chr. Mihi hoc cur è erit, at enim curre oxyus.  
tare aliquid domesticis Nunc tu optime Plute dæmonum omnium ueni  
priscus mos erat. Huc intrò mecum: hæc est ea domus ipsa, quam  
Hodie refertam reddere te pecunia  
Oportet, idq; siue per fas, seu nefas.  
Plu. At per deos semper doleo euidem nimis,  
Cum ingredior alienam domum. illic nunquam enim in  
Vita boni quid consequitus sum miser.  
Si in fordidum, ac parcum nimis ingressus uirum  
Incidero, in ima extemplò me defodit humo  
Hic si bonus uir quispiam tum accesserit  
Amicus, expetens parum pecunia,  
Vidisse se me pernegauit pessimus.  
Contra, in fatuum, aut si in prodigum male' incidam,  
Scortis, & aleis perco obiectus, foras  
Exturbor & nudus breui actus tempore.  
Chr. Atqui es moderatū haud nactus unquam tu uirū, &  
Frugi, hisce ego sun fortasse semper moribus  
Ornatus, ut nemo alijs, ut letariet,

Et para

PLVTVS.

Et parcere qui sciam, ex facere sumptus, cum opus  
 Siet, sed intrò recipiamus nos, meam.  
 Nam te uolo uidere dulcem uxorculam,  
 Et unicum gnatum, quem amo uel maximè  
 Post te profecto. Plu. Credo. Chr. Quis non dixerit  
 Ut res se habet planissimè lubens tibi?  
 Car. Heus uos populares, qui thymū diu cū hero edistis  
 Amici, & ijdem strenui laborū amatores, nūc (idē)  
 Procedite, properate, maturate, non cunctandi  
 Iam tempus est, ut in articulo est, qua uindicare oportet  
 Vos, atq; opem præsentē, ut par est, ferre nunc aliquando.  
 Cho. Imò lubentes nos uides iam dudū adesse, & magno  
 Nos impetu rapier, ut inualidos senes nunc par est.  
 Tu existimas me forsitan cursurum, ea tu priusquam  
 Mibi dixeris, qua gratia hic nos tuus herus uocarit.  
 Car. Iā dudū equidē id dico, sed ipse perspicua hæc nō au-  
 Herus enim ait, suauiter nos frigida hac assertos (dis.)  
 Post hac miseraq; & difficili uita, & tenui uicturos.  
 Cho. Est obsecro boni quid? & unde ista res, quā narrat?  
 Car. Modo adueniens adduxit, o laboribus consueti,  
 Secū huc senē quendā, situ obsitū, atq; humeris gibbosum,  
 Calum, miserum, rugosum, edentulū: arbitror per cœlū,  
 Et euiratū etiam esse prorsum. Cho. O nuntius aureorum  
 Verborū, ut aīs? adhuc semel narra obsecro mihi istud.  
 Venisse dicas, qui adferat pecuniarum <sup>b</sup> aceruos?  
 Car. Imò malorū ad uos ferat senilium qui aceruum.  
 Cho. Ergon' putas impune te discedere hinc potesse  
 A me gerente scipionem, quod fefelleris nos?  
 Car. An uos uirum esse me talem arbitramini omni  
 In re, ut nihil sani putetis me loqui integrue?  
 Cho. Quām est uir probus hic male perditus: sed tibiae  
     tue heu heu  
 Clamant graueisq; <sup>c</sup> choenicas atq; pedicas exposcent.  
 Cor. Tu <sup>d</sup> literari sortitus in tumulo tuam haud facebis

a Thymum herbæ vi-  
 lissimæ genus est, quo  
 prætenues, & agrestes  
 vicitat. Quidā cæpam  
 interpretatur sylvestre.  
 Nonnulli græcorū thy-  
 mum mintham intelli-  
 gūt. Alij ita distinguūt,  
 vt Thymus sit cæpa a-  
 grestis, porrū, & Thy-  
 mū neutro genere, cu-  
 nila: neutrō genere hic  
 positiū est. Cæterū. Isdē  
 vesci coepis, aut eodem  
 thymo visitare, par-  
 emia dicunt de pauperi-  
 bus quidem, sed amicis  
 tamen.

Parcemia de eo, qui leta  
 nuntiat. Cui confitile  
 est, non bellū nuntias.

b Acerius, cumulus,  
 datus honorū, prouer-  
 biū dicis, de magnis &  
 luculentis opibus. Inter-  
 pres admonet, in poste-  
 riori allusum esse ad se-  
 uilē ætate sepulchro vi-  
 cinā: nam σόφος per o  
 parū signat sepulchra-  
 lem tumulum. per ω  
 magnū vero σώφος  
 aceruum simpliciter.

c Chænix, præter me-  
 suram, etiā pedicæ ge-  
 nus est, vt hic.

d Literā. Allusum ad  
 decē tribus Atheniēs,  
 e quibus iudices decē, li-  
 terarū nominib, ad po-  
 stremū sortiri mos erat  
 Huc seruus per iocum  
 allusit.

ARISTOPHANIS

Hinc iudicatum: nam Charon suum tibi symbolum dat.

Cho. Rumparis: ut es nugator, & dicax nimis natura,

Qui nos iocis ludas, nec adhuc nobis satis eloquaris,

Cuius rei causa me herus uocari huc tuus, qui

Dix laboribus fatigati, oninibus relicti

Rebus, uacuum cum hand siet, alacres adsumus, relicti

Radicibus cæparum ubiq; plurimis bonarum.

Car. Atqui hand diutius, o uiri celauero id, quod est res,

Aduenit herus, Plutū trahens secum, ut locupletet omnes

Vos. Cho. An profecto omnes licebit ditescere, inquis?

Ca. Nē per deos, modo si assuatis tātū asini & Midas qdē

Cho. Ut laetor & delector impēse, libetq; magno caures.

Præ gaudio saltare, modo tu dicis isthec uera.

Car. Et ego uolo, threttanelo stridenti imitans Cyclopā,

Et sic pedes conuerberans ductauero vos. eis.

Agite, frequenter filij

Acclamitate sedulo

Balatu imitantes, & ouium, &

Caprarum olidarum carmina.

Me sequimini præputijs nudati. agite pudenda

Intemperantes lingite hirci extra rusticam.

Cho. Queremus atq; nos quoq; hūc threttanelo Cyclopē

Eblatterando, teq; talem perditum fame atra

Prehensum, & hāc peram gerentē, oleraq; agrestia, atq;

Roscida, merumq; crapula

Ructantem adeò ducem ouiculis

Temere cubantem alicubi humi

Ingente rapto torre præambusto exoculare porro.

Car. Atq; illā ego Circē, que uenena horreda cōmiserbat

Tum que Philonidæ sodalibus etiam Corinthi

Apris uelut persuaserit

Stercus subactū absumere (ipsa autem subigebat illis)

Modis imitabor omnibus.

Vos gruñientes præ uoluptate nimis,

Allasum est ad parce-  
miam, Midas auriculas  
asini habet.

Threttanelo. Lyra stri-  
dulus sonus est, & pul-  
catio.

Philon. Ulyssis dixisset.  
Ceterū Philonidē dixit  
quia eū vt apprime di-  
uiti infestatur comice,  
qui cū parasitos multos  
haberet, propter Laidē,  
cuius amore tenebatur,  
Corinthi agebat. Pro-

MATREM

PLVTVS.

Matrem sequimini porci.

**¶** Antistrophus membrorum septem.

Cho. Nos te proin Circen uelut uenena condicentem,  
Sociosq; descendantem, & incantantem, ut ais, proterue  
Præ uoluptate, filium ar-  
Reptum Laërtis emulantes, testiculis in altum  
Suspendum actitabimus,  
Tibi oblinemus ut capri nares fimo: subhians tu  
Sub hec Aristyllus frequentes, inquies  
Matrem sequimini porci.

inde ipsum, eiusq; cor-  
riales, verres vocat, &  
apros: Laidē vero Cir-  
cen.

**¶** Epode membrorum sex.

Eia salibus mis̄is iocisq; in formam aliam, ac diuersam  
Nunc uertimini. porrò hinc ego  
Iam mox abiens uolo clam hero  
Panem & carunculam ereptam meo  
Pulchre uocare reliquam, &  
Vnā interesse laboribus.

Ostendit seruos talla  
facere solece.

Chr. Vetus est, & obsoletum aliōqui dicere  
Saluete populares uirt, at suani osculo  
Complector, o, uos. impigri promptiq; quod  
Ad sitis huc scito ordine, ac non segniter,  
Namq; auxilio eritis ut in alijs, sedulo  
Mihi, & deum hunc seruabitis uerissime.

Cho. Bono esto animo: faxo, putas uidere te  
Matrem esse me. graue est profecto in omnibus  
Nos concionibus ob leuem triobolum  
Cubitis repellit semper, & uexarier.  
Proin paratus dudum aderam, & nimis libens  
Pluto in retinendo fortiter.

Cbr. Atqui video hic & Blepsidemum accedere: is  
Cursu, & celeritate, istius sua indicat  
Rei se audiisse quidpiam. Blep. Negotij  
Quid illud? & unde, & qua subito ratione tam  
Dives Chremylus est factus: haud credo: tamen

Concionē ingredie-  
bantur viui etatis adul-  
tae. Concionatores con-  
stituebant quid ex urbis  
prouentibus his nume-  
raretur. Postea Cleon  
comune omnibus præ-  
mium iussit esse triobo-  
lum.

## ARISTOPHANIS

Offici. Notat corruptos Atheniensium mores, qui totos dies in tonstrinis perdebât otio, medico- rū officinas negligentes Quare ea, quæ in ora vulgi abierunt, lippis, & tonioribus nota esse dicuntur proverbialiter: q; non solum olim, sed etiā hodie passim in tonstrinis omnes narretur ru- mores, siue illi vani sint siue veri.

Inter parcerias reser- tur: melius nobis est, quam heri, quoties in- dicabimus fortunā esse commutatam.

Sermo fuit frequens hodie sedentium In officiis maximè tonsorijs, Virum hunc repente factum hodie esse diuitem. Mirum mihi ipsum istud uidetur admodum, Cur dapsiles cum nactus est fœlix opes, Snos amicos ipsius etiam aduocet. Non id patria facit hercle consuetudine.

Chr. Quin ordine tibi rem eloquar, cœlans nihil.

Non per Deos. ò Blepsideme laetus

Quam heri, meliusq; agimus, licet cur esse te- tur: Huius boni participem: es enim amicorum item Vnus. Blep. Profecto opulentus es factus, uelut Aiunt? Chr. Fuero mox admodum, non sine Deo.

Est in negotio quid adhuc periculi.

Blep. Quid id obsecro? Ch. Tale. Ele. Expedi, quid id fieri, Quid prædicas. Chr. Si recte, & egregie, atq; cū Virtute fecerimus, ut omni tempore Fœliciter degamus omnes scilicet.

Sin secus, & aberrauerimus, ut prorsus male' Pereamus. Blep. Hoc uidetur onus graue admodum: Nec mihi placet, & illud subito ditescere Supra modum, & hoc rursus in metu esse, id est uiri in Vita nihil sani patrantis pessimi.

Chr. At qui nihil sani præcor? Blep. Si per Iouem Auri quid, argenteu reuertens à Deo Furatus inde fueris, & eius forsitan Rei peniteat. Chr. Proh Phœbe, qui mala arceas Omnia, supremum haud per Iouem, quicquā ego equide.

Blep. Ah definas nugarier bone, adprobare Rem omnem teneo. Chr. Quin te nihil de me istius Modi uelim rei suspicarier. Blep. Phni, Sanum ut nihil uere inuenias hodie uspiam, at Omnes lucro uicti pecuniae obediunt.

Chr. Non per Cererem sanum esse uel te iudico.

Blep.

PLVTVS.

Blep. Quām procul abest à pristinis hic moribus  
Suis. Chr. Homo per cōlum es insanus. Blep. Neg;  
Suos oculos immobiles loco tēnet.

Sed persimiles magnum scelus patrāntib⁹.

Chr. At enim scio quid tu<sup>a</sup> cornicaris, quid piam  
Ac si forem furatus, ut mecum feras

Partem. Blep. Egōne particeps forem? cuius rei?

Chr. Eiusmodi hoc non est, sed aliter sese habet.

Blep. Non dico furatum esse, sed rapuisse te.

Chr. Agitare furijs. Blep. Exuisti neminem

Suis? Chr. Minime uero ego equidē. Ble. Proh Hercules,

Quo gentium uertas te? Et adhuc ipsam rem dicere

Non uis? Chr. Agis reum antequām negotium

Cognoueris meum. Blep. Minimo heus amicule

Hoc transīgam, antequām senatus audiat,

Manetq; etiam in uulgum, tenui obturentur ut  
Solummodo ora rhetorum pecunia.

Chr. Etenim mihi iudicem te amicum per deos,  
Si in calculo minas duodecim adferas,

Tantum erogatis tribus. Blep. Et aspicio procul  
Quendam, in tribunali tenentem supplicis

<sup>b</sup> Ramusculum oleæ, aliquando sessurum sua

Cum coniuge atq; liberis, ne tantulum

Ab <sup>c</sup> Heraclidis differentem Pamphili.

Chr. Dicis nihil infelix, bonos tantum at uiros

Et integros, & temperantes illico

Ditabo. Blep. Quid narras? adeon' furatus es

Multa? Chr. Hei, perij, eneas. Blep. Sed ipſus te, ut mihi

Videris. Chr. Haud suū, heus scelus, Plutum quia

Sun nactus, habeoq; ipsum. Blep. Aiu' uero obsecro

Plutū? sed ecqualē? Chr. Deū ipsum. Ble. Is quo se ubi est?

Chr. Intus. Ble. Vbinā? Chr. Domi penes me hūc scilicet.

Blep. Apud te aīs? Chr. Admodum. Blep. Hinc abi ad <sup>d</sup> φυλισμόν, abi in be-

atam.

<sup>a</sup> Corricaris. de his, qui  
cornicū more inepte  
vel frustra gartiunt, vel  
prædæ inhiant.

Eiusmodi locutiones  
proverbia sapiunt, quæ  
per correctionem effe-  
runtur.

<sup>b</sup> Ramus. ἵκετρεῖα  
quod præter supplicati  
formam, & manus sup-  
plices, etiā ramū olei si-  
gnat lana obuoluta, quæ  
supplices manibus fere-  
bant, signat: circumpē-  
debāt arborum fructus.  
Hic ante ædium ianuas  
ponebatur, in honorem  
Apollinis.

<sup>c</sup> Heracli. Pamphilus  
depinxerat in stoa He-  
raclidas supplices Athe-  
nieniū populo, ad quem  
Hercule mortuo Eury-  
stei metu confugerant.  
Erāt Heraclidæ Hercu-  
lis filij. Allusum est ad  
parcemiā. Nihil disert  
a Chærephonte.

<sup>d</sup> Ad cor. proverbiali  
schemate, p, abi in ma-  
tiam rem. & hoc ē  
Blep. Apud te aīs? Chr. Admodum. Blep. Hinc abi ad φυλισμόν, abi in be-  
atam.

## ARISTOPHANIS

Te Plutus est! Chr. Næ per deos. Blep. Et prædicas  
Quod ipsares est! Chr. Optime. Blep. Per Vestam ait  
Chr. Neptunum etiam. Blep. Aequoreum tu nempe ait?  
Chr. Quod si fiet Neptunus alter, alterum.  
Blep. Transmittis ergo non ad amicos nos tuos?  
Chr. At nondum eò deducta res est. Blep. Quid nam ait?  
An nondum eò, ut nobis tuis impartias?  
Chr. Nō per Iouē: prius nam oportet nos. Blep. Quid id?  
Chr. Operam dare, atq; efficere, uisum ut recipiat.  
Ble. Quē ait recipere uisum? Chr. Eo uelut ante, hūc mo-  
Plutum. Blep. Proin uerissimē ille cœcus est? (do  
Chr. Est maximē per cœlum. Blep. Itaq; est mirū nibil,  
Ad me quod in uita semel haud uenit quidem  
Vnquam. Chr. At ueniet iam nunc, uolentibus Dijs.  
Blep. Proinde opus est aliquem medicum huc accersere.

a Perstringit acerbe Athenienses, & eorū medicos indoctos. Honos alit artes: ubi nulla, aut perexigua stipendia sunt, ibi artis friget.

Chr. a Quis est medicus iam in ciuitate, in qua neq;  
Stipendum est ullum, neq; ars item uiget?  
Blep. Circumspiciamus. Chr. Nullus est. Ble. Nec, ut mihi  
Certe uidetur. Chr. Per Iouem. at quod dudum ego  
Constitueram, optimum, ut in Aesculapij  
Delubrum eum ducamus. Blep. Imò hoc per deos  
Longè at nihil cunctere nunc, sed confice id  
Vnū. Chr. Abeo. Ble. At matura. Chr. Facio istud sedulo.  
Pau. Facinus calidum, & præceps, iniquum, & impium,  
Ausos homunculos patrare pessimos  
Istibuc duos? quo quo heus fugitis? non sistitis?  
Chr. O Hercules. Pau. Evidem malos uos proteram  
Male, facinus ausos impium, & intolerabile,

Cuiusmodi nullus uel homo unquam uel deus.

b Paræmia de turpi a-  
nicula. Constat enim Quare peristis. Chr. Tu que es? namq; pallida  
furias in tragediis hor- Videris esse mihi. Blep. Est b erinnys forsitan  
rida specie introduci.

c Tragi.tue. in tristes Aliqua ex tragœdia: c tragicum nam quidpiam  
homines, & vultu di- Tuetur, & furiale. Chr. Non gerit faces.  
storto, aut etiam fastu- osos.

Ble. Flebit igitur. Pau. Vos quam arbitramini esse mes-

Chr.

PLVTVS.

Chr. Que distrabat legumina, cauponariam aut.

Alioqui enim, non usq; adeò clamoribus

Insanisses, maximè à nobis nihil

Lasa. Pau. Itane! nonne perpetrasti pessimas

Qui me studetis hac regione expellere?

Blep. Ergo barathrum sanè reliquum supereft tibi.

Quaecunq; tamen es, dicere oportet illico.

Pau. Que hodie efficiam, ut poenas detis grauiissimas,

Ob id, quod hinc conamini me extrudere.

Blep. Caupona nonne quepiam ex uicinia est?

Que me<sup>a</sup> cotylis defraudat usq; pessima.

Pau. Ego sum illa paupertas, simul que ades colo has

Quām plurimos unā basce uobiscum modo

Annos. Blep. Apollo, dijq; deaq; gentium

Quo uerteris? Chr. Heus quid agis timidissima belluae?

Non mihi aderis constans? Blep. Minime ego gentium.

Cbr. Non ergo manebis? sed uiri duo fæminam

Fugerimus unam? Blep. Rustice infoelix, ea est

Hæc ipsa Paupertas, animal qua dirius

Nullum satum est usquam, uel exitiarius.

Chr. Sta quo, sta inquam. Ble. Per Iouē, nō equidē ego.

Chr. Atqui facinus egerimus istud omnium

Vel indignissimum, relicto si deo

Aliquò aufugiamus, ac ueriti hanc uiri duo

Vni haud resistamus labore maximo.

Blep. Armis quibus? freti proprijs num uiribus?

Theracem enim qualem, atq; scutum quale non

Deponit ista pignus impurissima?

Chr. Animo bono sis: solus hic enim deus

(Noui probè) de huius trophæum moribus

Erexit. Pau. Mutire etiam piacula

Audetis? in furto præhensi turpia

Isthec patrare? Chr. Quid scelesta iniurie

Ne tantula affecta huic ades laceſſere

<sup>a</sup> Cotyla, hemina, acetabulū, idem mensuræ genus. Sextarius, duas heminas sive cotylas continebat, hoc est, duodecim cyathos seu yncias, quasi as.

ARISTOPHANIS

Nos contumelijs. Pau. An arbitramini  
Vos me nihil lessisse prorsus per deos?  
Restituere qui Pluto huic oculos conamini?  
Cbr. Tun' ledetis hac in re, omnibus mortalibus  
Si fecerimus bene? Pau. Ecquid autem uos boni  
Inueneritis? Chr. Ut te ejciamus Grecia.

a. Erudita disputatio p  
Pau. a Men' ejcere uos: ecquod hominibus malum  
Paupertate, & contra  
Paupertatem.

Pau. a Maius datus arbitramini uos? Chr. Rogas?  
Quod: si hoc erimus, ut multa, negligentius  
Facturi. Pau. At his de rebus ego respondero  
Vobis. etenim primum omnium si ostendero,  
Selam esse me uobis bonorum caussam, item  
Vnam per hanc me uiuere uos: sin id minus,  
Tum facite quod lubet, & uidebitur optimum.  
Chr. Audes tu id impurissima bellua dicere?  
Pau. Tu disce, per facile puto esse ostendere  
Te errare per omnia, si bonos, iuxta & uiros  
Iustos beaturos opibus dicas bone.

b. Interpres admonet  
tympana signa fuisse,  
quibus in iudicis son-  
tes veperabantur.  
παρατύπω. Cy-  
phones vero vincula  
ligne, quæ nonnulli  
κλοιος aut κλαιος Ohe, ohe? Pau. Quicunq; sane mentis est,  
vocant. His Paupertate Et bene sapit. Chr. Sed si uicta hinc discesseris,  
dignam dicit. Ecquam mihi poenam dabis? Pau. Quam tu uoles.  
Blep. Dicis probè. Pau. Et uos uicti eandem item simul  
Dabitis. Blep. Putas sat bis decem mortes fore?  
Chr. Huic scilicet, nobis due suffecerint

Sole. Pau. Patrabitis illud haud certe, modo  
Hoc est, nō superabitis:  
sed si viceritis, non sue-  
rit iustum. Nunc sit aliquis, qui habeat quid æqui, aut quid boni,  
Quod posset prudens hisce contradicere.  
Cho. Nunc demum est par, uos aliquid dicere, quod sapi-  
ens quid spiret

Quo

PLUTVS.

Quo hanc supereris, dictis confutantes concedite nihil.

Chr. Primum perspicuum hoc puto ex aequo esse omnibus, & manifestum,

Rectū esse, ut frugi homines in uita degant sceliciter haec:

Rursum, sceleratis, & qui religione tenentur nulla,

His eueniat diuersa. igitur cum isthac nos percupiamus,

Vix omnem ad rem, ut fiat, consiliū inuenimus speciosum,

Vtile, honestūq; at si Plutus nunc uiderit, & luminibus

Amplius hand cæcus fuerit, ad honestos iuerit, atq; uiros

Iustos: nec eos deseret unquam. rursum fugiet sceleratos

Irreligiososq; atq; hinc omnes frugi, & diuinarum

Rerū cultores ditabit. an inueniat quisquā precor unquā

In uita usquā utilius, uel melius mortalibus isthac re?

Blep. Nullus. rei huius sum tibi testis: nihil est quod quæras hanc.

Chr. Presertim ut nunc nobis uita agitur mortalibus, eca quis non

Diceret esse insanum quiddā, imo infelix multo potius!

Nam multi homines scelerosi, qui per fas nefasq; insanū

Diuitijs inhiant magis, opulescunt. contrā, uehementer

Frugi uiuunt misere, atq; esurunt, & tecum uersantur

Multum. ergo dico uia esse, istis que faciet finem, Plutus

Si aliquādo uisum recipiat, ut si hanc ingressus fuerit, sūc

Vnus posset bona longe maxima hominibus dispartiri.

Pau. Heus uos, qbus est minimo monēto persuasū nil sani

Esse inter homines, duo concordes ad rugandū stulte, &

Delirandū, infantesq; senes, iam si id contingat, quod uos

Expetitis, id ausim dicere, nil commoditatis præclarē

Vobis allaturum. ac si Plutus uisum recipiat, & se

Ex aequo ipsum iā distribuat, nulli hominū erit amplius

usquam aut

Ars, aut sapientia curae, aut exercebitur. an per uos his

Ambos proseruit extinctis, censetis fore quemquā usquam

posthac,

D

Qui es

ARISTOPHANIS

Qui es crudere, uel naues fabricare, ut suere, aut rotulas  
facere,

Aut corium incidere, uel lateres coquere, aut eluere, aut  
pelles

Immergere, uel proscindere aratris terram, aut fruges  
metere,

Vobis ignauis, ac neglectis omnibus istis, uellet? (serui  
Chr. Nugas nugaris, nam isthec omnia, que enumerasti,  
Desudabunt. Pau. Vnde ergo parabis seruos. Chr. Scili-  
cet are, &

Argento cōciliabimus. Pau. Ecquis erit primus q[uod] uendeti?  
Cām argenti sat habeat ille? Chr. Lucrū si quis conq[ui]-  
rat ueniens

Huc diuines mercator Thessalus ex grege mangonū magno.

Pau. Atqui in primis ante omnia, ne illus quidem erit  
magno sanci, ut

Tu narras: nam quis opulētior id agendo uolet discriminis  
Sue adire ipsius uitae? quare si iphus arare, & terram  
Fodere cogaris, & agri reliqua id genus opera exercere,  
Duces uitam tristem mage præsentem. Chr. Tuū in caput  
id recidat.

Pau. Preterea, ne in lecto ipse quidem poteris dormire,  
(non enim erunt)

Non indormire tapetibus: ecquis uolet hos texere, si sit  
Argenti copia: tum si quando sponsam duxeritis, nec  
Liquidis unguentis ungere, nec uarie ac tintæ uestis  
Sumptibus exornare. & si omnibus his indigeatis, queso  
Diuitiarū quissna est usus? cuncta hec, q[ui]bus est opus, à me  
Vobis sunt. etenim artificem tanquam hera sanā sedens  
iuxta, ipsum

Propter inopiam, & paupertatem cogo querere, uitam unde  
Sustentet. Chr. Quid tu autem pulchri dederis, queso,  
extra bullas

Interpres admonet, pau-  
peres & egenos, vesti. E balneo; item pueros fame differeentes, atq[ue] tumultum  
Vetus

## PLVTVS.

Vetularum? numerumq; pediculorū, & pulicum, & ceterū  
licum? ut tibi, (ne) mentorū inopia in bal-  
neis propter frigus dor-  
mire solere.

Quid dicā) præ multitudine circum caput, ut resonantes  
Infesti perstrepitant assiduo, excutientes somno, tum  
Clamantes, esurientes, quin surgis? iam accedit, pro tunica  
Laceram gestandam uestem: pro lecto autē, lectum iuncis  
Atq; herbis suffultum, cimicibus plenum, qui stertentes  
Excitat: et putris pro molli storea est tibi habēda tapete:  
Pro puluinari, lapis ingens capititum maluæ uesci  
Ramis uice panis: tum pro bis cocto pane, macræ folijs  
Braßice: & urnæ caput effractæ scabelli uice erit: tū autē  
Protritum latus urnæ, pro mactra. non iam nunc ostendo  
Vel te esse bonorū multorū causā unā omnib⁹ hominib⁹?  
Pau. Tu sanè haud uitā dixisti meā, at enumerasti solum  
Mendicorum. Chr. Atqui mendicain Pauperis esse soror  
rem omnes

Afferianus. Pau. Vos certe q; Thrasybulo Dionysio esse  
Similem fertis, neq; enim omnino meæ uite accidit una  
quasi, nec

(Crede mihi) accidet olim per Iouem id. at quam tu die-  
cis uitam,

Mendici, est eins uiuere, qui nil habet: atqui præparat  
Vitam degere, pauperis est, ac gnauiter assiduo attenta  
Cura rebus nauare operā, nihil usquam superesse, & nil  
Deesse. Chr. O alma Ceres, quam memorasti uitam, me-  
hercle, beatam

Eius, si ipsius parcendo, atq; operando tantum relinquet,  
Ut non possit sepeliri. Pau. Conuictia dicere tu pergis,  
Atq; incessere morsu, seria loquier cum nolis dicta,  
Haud expendens, q; Pluto preſto uiros multo meliores,  
Tū cōſilio, tū forma, cū apud ipsum usq; podagra misere-  
Infestentur, simul & uentriosi fiant, & præpingues  
Suris, & obesi obſcœne. at apud me, tenues sunt, & gra-  
ciles,

a Thras. vbi quis ea in-  
ter se componit, que bis  
per omnia discrepant.  
Dionysii tyranus nota  
est. Cōtra, Thrasybulus  
maxime laudatus hoc  
nomine, quod reipubli-  
cae esset amantissimus.

## ARISTOPHANIS

Macilenti, atq; hostibus infesti. Chr. Quod graciles sint,  
hoc ipsis

Prs fame forsan nimia suppeditas. Pau. Nunc expediam  
uobis, (nustas.

Deq; sobrietate docebo, ut et ipsa habitat mecum apta ue-  
Cum contraria Pluti sit dicere conuictia seu in quo suis.

Chr. Ergo uenustus est ualde furari, et parietes perfoderet  
Blep. Per Iouem, is autem si possit in occulto esse, uenustus  
est cur non?

Pau. Specta mibi in his rhetoras urbibus, ut sunt iusti era-  
ga populum,

Atq; urbem, ubi pulchra paupertate premuntur: sed lo-  
cupletes

Facti e medio, exemplò euasere iniusti, et profligati.

Insidiatur populo, atq; frequentē urbē oppugnat audaces

Chr. Etsi nobis iniudeas nimium, no tamē horū quicquam

Mentiris: nihilominus autem plorabis, nec erit, fastu

Cur intumess, que studias isthuc nobis persuadere,

Paupertatē Pluto meliore esse. Pau. At tu ecclastor nullo

Hac in re, pacto me reprehendere sane quineris. at qui

Nugaris solum, et inaniter ac frustra conare. Chr. Era-

go cur

Omnes fugiunt te? Pau. Quod meliores ipsos reddam.

atq; isthuc

Licet in pueris aduertere præcipue, qui odere parentes,

Ac fugiunt, bene cum cupiat ipsis. adeo est difficile equum

Et iustum dinoscere. Chr. Numna igitur dices, Iouem id  
haut recte (tias

Discernere, q; sit pulcherrimus? at is quoq; magnas diu-

Habet: hac autem à nobis ablegat procul hinc, et repudiat.

\* Saturni leme in ce-  
cutiētes ac stupidos, pre-  
terim qui exatis vitio  
despiunt. Lema enim

concreta lachryma est,  
que oculos ledat.

Pau. Quin ò<sup>a</sup> Saturni deliramentis ambo re uera

Animis ceci, ac lemis lippi, Iuppiter adeò ipse est pau-

per,

Idq; etiam iam te perspicue decebo. si porrò est diues,

Cur ipse

PLVTVS. IIA

*Cur ipse in certamine olympiaco, ad quod quinto quoq;  
Græcos cogit, quoties athletas victores declarat (anno  
Oleastri uiridante corona donat, cum aurea deberet  
Potius? siquidem esset diues?. Chr. Quin isthac re ostendit,  
dit, quod habet*

*Ipsus honorē Pluto: nam dū parcit, neq; uultu quicq; eius  
Prodigere, coronat victores nūgīs, Plutum sibi seruat.*

*Pau. Rem paupertate ipsa multo foedam mage tentas illè  
Impingere, si cùm sit diues, sordidus adeò est, & auarus,  
Lucrīq; adamans. Chr. Quin perdat te Iuppiter, olea-*

*stro cingens*

*Caput. Pau. Et uos audere etiā contrā contendere, nō esse  
Omnia uobis bona per Paupertatem. Chr. Ex<sup>a</sup> Hecate  
hoc, si uis*

*Rogita: utrum potius distem esse, an egenum: quando iubet illa*

*Dites, & quibus est res, cœnam ponere mense unoquoq;  
Hanc diripere egenos, prius hāc, quā ipsi deposituere illic.  
Male dispereas, neq; mutito  
Etiam quicquam.*

*b Haud etenim persuaseris unquam,  
Non si etiam persuaseris istud.*

*Pau. O urbs Argos, qualia dicit?*

*Auditis? Chr. <sup>c</sup> Pausonā uocato  
Conuictorem.*

*Pau. Quid agam infelix? miseram heu me.*

*Chr. Ocyus hic ad  
Coruos à nobis aufer te.*

*Pau. Quò eo terrarum?*

*Chr. In<sup>d</sup> Cyphonem: at te haud cunctari  
Licet, at propera hinc.*

*Pau. Ne certe nos me huc renocabitis  
Olim spero.*

*Chr. Tunc redeas, at nunc male pereas.*

<sup>a</sup> Hecatē cœnā, sordidū ac frugalē veteres dicebant, quod apud inferos tenuissimo victu, vilissimo cibō vivatur, malua herba, & trigla pisce Nouilunio diuites Hecatae in triuio vesperi cœnam instruebāt, quā pauperes diripiebāt noctu, spargentes Hecatē cibos deuorasse.

<sup>b</sup> Haud. Hyperbole puerialis rei cuiuspiam impossibilis.

<sup>c</sup> Pauson pistor fuit, q; a comico propter egestatem perstringitur.

<sup>d</sup> Cyphon vinculum ligneū est, quo rei in carcere stringuntur. Sunt qui medici propriū nōmē esse contendat. Alij precipitum quoddam.

Miki

## ARISTOPHANIS

Mibi nam est satius locupletem esse,

Phrase attica, pro de-  
flore totum corpus, &  
te ipsam.

Sinere & te flere caput longum.

Blep. Nunc ego factus dition (ita me

Bene amet summus Iuppiter) una

Cum gratia, & coniuge dulci

E balneo præpinguis rediens

Lotus, uolo conuiuarier, &

Opificibus, ac

Oppede, proverbiali-  
ter, pro contemnere, &  
reclamare.

Pausertati oppedere tristi.

Chr. Ist hec abiit nunc perdita. iamq; hinc ambo nos,

Ego tuq; simul quam ocybimè statim Deum

Hinc collocatum in Aesculapij manu

Ducamus. Ble. At qui nil moremur, ne quis hic

Interueniens rursus impedit nos strenue

Operæ pretij quid facitare. Chr. Heus heus puer,

Oportet efferre ocyus Carion foras

Te stragulas, ipsumq; ducere Plutum, ut est

Moris, reliquaq; que intus apparata sunt.

## CHORI.

Car. Heus uos uiri senes modicis farinulis

a Erant Athenis Thesei festa in Thesei ho-

norem instituta, in quibus populo coniuia da-

bantur: vescebarunt autem in Thesei tantu farina,

ut dicit interpres. Vnde illa, nihil ad farinas.

δυσέμ προς τα κλητινα Cuiuspiam optatissimus.

Φίτα: & homines eius Car. Hero meo feliciter, ut quam maxime,

dem farinæ. Nil non cadit, uerum magis Pluto deo.

b Recepit εωμυδε τωται. Iustit ambigua Nam qui fuit cæcus, b recepit scilicet

voce, quæ signat exoculatum esse, & oculis do-

natum. Visum Aesculapij beneficio Dei.

Pupillulisq; clarus est, nactus bonum

Atq; medicum benignum eum, satum Apolline.

Cho. Mihi gaudium narras, mihi clamorem refers.

Car. Gaudere licet, uolentibus noalentibus.

Cho. Proin

PLVTVS. IIA

Cho. Proin beatum sobole, tum mortalibus  
Illustrē decus uehemus<sup>a</sup> Aesculapium.

Vx. Quis clamor hic nam est? an boni quid quispiam  
Mibi nuntiabit? illud enim desidero  
Intus sedens iamdudum, & hunc ipsum operiens.

Car. Properē properē fer uinum hera, ut bibas: facis  
Enim admodum id libens: cumulate nam adsero  
Omnia tibi bona. Vx. Vbi illa sunt? Car. Statim audies.

Isthec ubi narrauerō.

Vx. Absolue igitur, finemq; fac, quidnam siet.

Car. Ausulta igitur, totum ut tibi negotium

<sup>b</sup> A pedibus usq; ego ad caput planè explicem.

Vx. Non in meum & castor caput. Car. An non hec bona

Nunc que obtigerunt? Vx. Nō illa negotia, inquam ego.

Car. Statim inde iam ad ipsius Dei peruenimus

Aedem, mirum miserrimum ipsum tunc quidem,

At nunc beatum uero ut alium neminem,

Adducimus pariter. <sup>c</sup> eum primum ad mare

Duximus, & inde Lauimus. Vx. Utq; per Iouem

Felix erat uir ille senex cum frigido

Mari lauaretur. Car. Sub haec in delubrum

Concedimus Dei: simulatq; <sup>d</sup> crustulis

Molisq; in ara sacrificatum est, thuraq; &

Placentulae Vulcanijs adusta sunt

Flammis (ut erat par) illico inclinauimus

In lectulum Plutum, prius strato herbido

Ex stragulis folijsq; parato molibus.

Vx. Præterea erant ne alij auxilio egentes Dei?

Car. Unus<sup>e</sup> Neoclides qui ipsus est cecus quoq;

Furto qui oculatos quoilibet præuerteret

Tamen: tum alij multi, uarijs languoribus

Qui tunc miserrime cruciabantur quoq;

Postquam lucernam extinxit, & nobis simul

Denuo iuit dormiendum esse hic Dei

<sup>a</sup> Aesculapius liberī sue-  
cre multi. Podalirius,  
Machaō, Iaso, Panacea,  
Hygia, vel Εὐπότελος,  
elegantē prolem Apol-  
linis.

<sup>b</sup> A capite usq; ad calcē,  
parcemia, cū totius rei  
summi volumus signi-  
ficare. Home, ita dixit, a  
capite ad pedes: & Hor.  
a vertice ad talos imos.

<sup>c</sup> Priscis mos erat illic  
lauare pollutos, id quod  
& Cicero alicubi testa-  
tur, mari ea, que violata  
sunt, expiari putari.

<sup>d</sup> Crustula πόπον,  
species, προδύματα ge-  
nus sacrificiū: quae ante  
sacrificium siebant προ-  
δύματα dicebantur, vt  
suffitus: aut primitiae  
quaquis, vt filigo, plac-  
tulae, molg, ex ordeo sa-  
le consperso, que & fru-  
ges salte a poeta dicun-  
tur.

<sup>e</sup> Hic rhetor erat Neo-  
clides, & sycophanta, qui  
technis & confutis do-  
lis omnia publice præ-  
dabatur.

## ARISTOPHANIS

Aeditius, inquiens, tumultum si quis aut  
Strepitum in tenebris senserit, sileat. sub hec  
Omnes placide quieti ita ordine ponimur.

Porro autem ego indormire non quibam. hic enim  
Medice a capite uetula filiginea sita

Pultis uehementer me olla iacentem perculit

In quam cupiebam irrepere feliciter. ego

Sub hec video Dei sacerdotem e sacra

Mensa placenta diripere, atq; caricas.

Aras deinde omneis sacratas ordine

Lustrat, placentae quod reliquum hic offendere,

In saccum id omne coniicit purissimum.

Ego ratus inesse sanctitatem plurimam

Rei, in farina ollam meditor descendere.

Vx. Misericordia uirum, ueritatem deum fueras bonum?

Car. Ita me Dij bene ament, etiam, ne scilicet

Is me occuparet in ollam cundo, et fertum item.

Qui tum gerebat. (id sacrificus me modo

Præmonuerat) interea uetula annis obsita

Vbi strepitum sensit meum, subito manum

a Prote. in olla, ne quis <sup>a</sup> Protendit. ego ibi exibilans grauißime  
cam surriperet.

b Parias, serpēs est, dī. Tanquam <sup>b</sup> Parias anguis, illam mordicus  
ctus ab attollēdis genis. Corripio. porro anicula protinus manum

Aiunt eū non mordet: Retraxit, et inuoluit eam silentio,

aut si mordeat, non do-

Iere mortum. Frequentes sunt in Alexandria.

Multum farine iam uoraueram, simul

Vbi refertus fui onustus desij.

Vx. Proin Deus uos nondum adierat? Car. Neutquam.

Post hec ego ibi tum ridiculi egi quidpiam.

Nam cum ille iam prodiret, edidi grauem

c Propter pultē <sup>c</sup> fa- Ventrīs crepitum: <sup>c</sup> nam inflatus erat uenter mihi  
ritam, que suapte na- Et tumuerat. Vx. Statim te ob id forsan fuit  
tura ventris inflationes gignunt. Abominatus pessime. Car. Men e neutquam.

d Has Aesculapij filias Sed me insequeens pariter <sup>d</sup> Iaso, nescio

PLVTVS.

Quae, erubuit: at uero Panacea optima  
Se auertit, & nares simul obstruxit suas.  
Non hercle<sup>a</sup> pedothus. Vx. Quid ille autem obsecro?  
Car. Nihil ille per Iouem, nihil curauit id.  
Vx. Mibi hercle agrestem prædicas plane Deum.  
Car. Non, imo merdinorum, ita me bene amet Deus.  
Vx. Hau miser. Car. Ego interea metu perterritus  
Tectus latui. porro ille sub isthec ordine  
Circumibat in orbem perspiciens morbos quidem  
Omnes. puer lapideum ei mortarium  
Apposuit, atq; cochlear, tum & arculam.  
Vx. Num lapideam? Car. No per Iouem isthanc arculam.  
Vx. Quo tu modo uidere poteras peſimè  
Perdite, fuisse te qui ibi tectum prædicast  
Car. Per hanc lacernam: habebat enim foramina  
Non pauca per Iouem. Neoclide pharmacum  
Primum aggreditur interere maceratum in acre  
Emplastrum, etiā additis capitibus <sup>b</sup> Teniūm  
Simul alliorum tribus, & in mortario  
Simul ista contudit, coagulo insuper  
Et mastiche admista. hæc aceto <sup>c</sup> Sphettio  
Acri rigauit, & cataplasmate palpebris  
Illeuit inuersis, dolerent ut magis.  
Porro ille clarum inclanitans magno impetu  
Et uociferans fecit fugam trepidissimè  
At qui deus autem suauiter ridens ait  
Isthic sedeto bene illitus cataplasmate,  
Ut peierantem concione te arceam.  
Vx. Ut ciuitatis est amans, atq; sapiens  
Deus hic. Car. Sub hæc Pluto aſtidebat, & caput  
Eius leuiter primum tetigit, & blandule.  
Sudario deinde mundo palpebris  
Saniem, atq; teturum abſterſit unà sanguinem.  
Porro Panacea eius caput cooperuit.

esse tradunt, nominibus  
a re medica fictis.

<sup>a</sup> Pedothus, prouerbijs  
speciem habet, de eo cui  
sua placent vicia.

<sup>b</sup> Alliorum Teniorū,  
allia dicit in Teno, vna  
Cycladū nata. Scorpī &  
formidabiles serpentes  
ibi inueniri dicūtur, quī  
bus alliū in primis infe-  
ſtum est, & cepa, & ser-  
pillum: quanquam vni-  
uerso generi.

<sup>c</sup> Sphettio. apud Sphet-  
tios acerrima fuit ace-  
tum, & mordacissimū.  
Mastiche, lachryma est  
arboris Lentisci,

## ARISTOPHANIS

Texitq; purpura, faciem totam simul.

Post huc Deus ipse sibilauit leniter.

Hinc duo dracones ē sacra æde maximi,

Sese extulere. Vx. Dij boni quid audio.

Car. Allapsi oculos silentio hi sub purpuram

Et palpebras lingere uidebantur miki.

Ibi Plutus oculis se receptis erigit

a Notat mulieres te-  
mulentes dixisset prius

quam verbum, aut ora-  
tionem absoluueres, aut

verbo citius.

Hera, a prius quam tu cotylas biberes deceme.

Ego gaudio perfusus extemplò manus

Complosi, & excitavi herum statim nécum.

Atq; ē medio sese Deus abstulit illico,

Et ambo serpentes eō unde uenerant,

In delubrum, qui ei adfuerunt proximi,

Quo existimas Plutum osculabantur modet

Noctem uigilabant totam eam, donec dies

Luceceret iam clarior, atqui ego interim

Laudare Deum, quibus potui modis, citò

Quod Pluto oculos tam reddidisset, magis

Ipsum ac Neclidem quam antea cæcum quidem.

Vx. O summe Deus quanta est tibi hec potentia?

At dico mihi, Plutus ubi est nunc obsecro?

Car. Venit, sed o quanta erat hominum uis circa eum,

Et turba quam frequens, prius qui iusti erant,

Vitamq; frugalem qui agebant duriter,

Congratulabantur, salutabantq; eum

Exosculantes obuijs amplexibus.

Contrà, quibus prius fuerat res splendida, &

Bene structa domi diuitibus, & qui uixerant

Iuste parum, supercilia contrahere, tunc

Vultu esse tristiore, & fronte tetrica.

Illi coronati sequebantur, iocis,

Risū, salibus bene ominantes: & senum

Sandalia concinnis sonabant gressibus.

Eia agite, simul pari studio saltate nunc,

PLVTVS.

Ducite choreas, tripudiate: intrantibus  
Nobis enim denunciabit nemo iam,  
Farina quod nulla siet in panario.  
Vx. Ita me amet Hecate, cupio te, qui nunties  
Isthec mihi Leta, fascibus Cerealibus  
Nimium coronare. Car. Nihil amabò iam amplius  
Cunctere. sed quām, Dij boni, nos bi uiri  
Sunt consecuti, nec foribus absunt procul.  
Vx. Agè intrò concedam, ut <sup>a</sup> catachysmata proferam  
Ceu nuper emptis prompta oculis. Car. At ego uolo  
Illi properè hinc occurrere.

¶ SECT IVNCVLA CHORI.

Plu. Et adoro quidem primum omnium solem hunc, dein  
Solum uenerande Palladis inclytum, & bonam  
Omnem regionem Cecropis, que excepérit.  
Me. dispudet miserum mearum me ipsius  
Deinum calamitatum: latuit nam me haec tenus  
Quibus uiris conuixerim, atq; qualibus.  
Dignosq; conuictu meo potissimum  
Defugerim in scius omnium infelix miser.  
Quare uelut illa, ita haec faciebam pessime.  
At nunc uicissim his omnibus pulcherrimè  
Deinceps ego inuersis, coarguam omnibus  
Bonis uiris, quod haud uolens feci malis  
Tunc copiam mei. Chr. In malam hinc rem procul abi,  
Facebito ad cornos. quām odiosi amiculi  
Sunt, & graues, qui tum uidentur, statim ubi  
Quis cæperit foeliciter agere, & bene.  
Stimulant, sodicant, franguntq; densi tibias,  
Præ se ferentes quisq; benevolentiam  
Quandam. quis autem haud allocutus me fuit?  
Quis non salutavit? serum quanta in foro  
Me turba corona cinxit? Vx. O charissime  
Mihī uirorum, tuq; item & tu, nomine

a Catachysmata erant, quæ in caput nuper empti serui fundebatur, cù heri domum primū ingredieretur. Ducebat eū in focum, ibiq; componebat ad sedendū. Inde in sedētis caput fundebant caricas, palme fructus, & panes, qui collyba dicuntur, aliaq; id genus tragemata. Nouae nuptæ missilia spargebantur,

## ARISTOPHANIS

Vno pariter saluete. agite catachysmata hec  
Parata fundo (mos uelut tenet) tuum  
In hoc caput. Plu. Minime. nam oculis ubi uidens  
Fuerim domum ingressus, nihil decet foras  
Efferre, sed inferre potius.

Vx. Ergo ista non, queso, accipies catachysmata?

a Apud focū faciebant Plu.<sup>a</sup> Apud focum intus, mos ut est, uernaculus.  
catachysmata. Porro La- Deinde onus fugere poterimus nos graue.  
ri sacrificare, quadrat in Decorum etenim parum est magistro,<sup>b</sup> caricas  
cordidos.

b Cari. id est, risus ho- Obijcere spectatoribus, & bellaria,  
minum. Atq; hinc mouere istis cachinnum turpiter.

c Fuit aut̄ hic Xenicus Vx. Belle admodum tu predicas. ut <sup>c</sup> Xenicus hic  
pauper, & a comico per stringitur, & obsonia fo- Surrexit, audie ut caricas rapturus has.

litus esset diripere. Qui

dā eum exercitus duce  
fuisse aiunt.

d Antiquis religiosum

erat nihil domo efferre  
ex iis, que Lari sacrificia-

bantur. Vnde parcemia,

Lari sacrificare, in cordi-  
dos, aut edaces, cōiuas,

qui nihil de appositis  
cibis nitterent amicis.

e Acerius b. de cumu-  
latis opibus.

Cari. O quām est populares dulce, beatē uiuere.

Atq; adeo <sup>d</sup> nihil efferre domo: <sup>e</sup> bonorum enīne

Acerius adest, presensq; nobis in domum

Qui neminem unquam iniuria pulsauimus,

Venit. adeo pulchrum affatim est ditescere.

Etenim arca panaria referta est undiq;

Albis farinis, amphore uini nigri.

Plene, & rubelli stant odoris optimi.

Vasa omnia deniq; plena sunt puti, ac boni

Argenti, & auri, id quod subit mirarier.

Oleo puteus scatet: tum & omnes lecythi

Suffarcinata unguento, & altum caricis

Plenum est tabulatum, ipsumq; adeo cendulum:

Omnia item acetaria uidere est uisula,

Et ollulas, ollasq; factas æneas.

Et putridas piscarias lances quoq;

Argenteas cernas: Laterna eburnea

Repente facta est, tunc <sup>a</sup> stateribus

Nos aureis colludimus serui, neq;

Lapillulis nunc amplius nos podices

a Statet, pōdus est qua-

ruor drachmarū: & cū

de argento usurpatur,

nummā tetradrachmā

signat. Valeat quatuor

drachmis, hoc est, dimi-

dio aurei Renani, vt di-

drachma, quarta aurei

parte.

Abster-

Abstergimus, sed <sup>b</sup> alijs quotidie  
 Pre delicijs meris. herus nunc <sup>c</sup> immolat  
 Intus bouem, suem, bircum, arietemq; optimum  
 Sertis coronatus, forasq; me expulit  
 Fumus: nec enim intus permanere diutius  
 Potui, ita mordebat meas is palpebras.  
 Iust. Puer heus, sequere me, ut eamus ad Deū. Car. Eia agt.  
 Quis est hic, qui præcipitat huc gressus suos?  
 Iust. Olim uir infelix nimis, nunc lauitor  
 Et sorte fortunatior. Car. Sanē palam  
 Bonorum aliquis esse mihi uideris. Iust. Maximē.  
 Car. Cuius rei egens? Iust. Adeo Deum (magnorum is est  
 Vnus honorum cauſsa enim mihi) substantiam  
 A patre relictam luculentam sat mihi,  
 Inſumpsi in amicos indigos, id utile  
 Esse arbitrans in uita. Car. Opes te forſitan  
 Ob id citō deſtituere. Iust. Etiam. Car. Ergo poſtea  
 Factus miser es? Iust. Etiam: putabam enim mihi  
 Solidos amicos, tum integros me habiturum eos,  
 De quicis meritus fueram bene, si forem indigens.  
 Aliquando, at hi pōst facti alieni, ne quidem  
 Versis capitibus, respicere uisi amplius  
 Me. Car. Intelligo, ut te riferint etiam insuper.  
 Iust. Utiq; inopia, & squalor male ſupelleſtilis  
 Me perdidit. Car. At nō iam. Iust. Meritō ob id ad Deum  
 Accedo nunc ſupplex, adoratum præſens cum.  
 Car. Quidnam Lacerna per deos haec uult ſibi  
 Attrita, quam fert hic puer tecum? cedo.  
 Iust. Hanc dedicaturus uenio iſti huic Deo.  
 Car. Num in hac igitur magnis (cedo) initiatus es  
 Sacris? Iust. Minime ego gentium.  
 Sed in hac miser annos tredecim usq; frigore  
 Rigui. Car. Quid hi autē calcei? Iust. Mecum hi ſimil  
 Quidam cohibernare ſolent. Car. Numuā hos quoq;

B. Aut, ridicule hoc di-  
 xit, pro panno duriore,  
 accommodo defricādis  
 corporib; in balneis.  
 Vesebātur enim alijs:  
 sed quia nunc diiores  
 erant facti, contenebant  
 veterem victim.

e Bouem immolare. de  
 eo, q; magnos ſumptus  
 facit. Hinc Bouðicā,  
 p magnifico apparatu.

Allusit ad legē Eleu-  
 ſiniorum. Moris erat, in  
 qbus tunicis aliquis ini-  
 tiatus fuiffet, eadē in  
 alicuius dei templo de-  
 dicare. Duo mysteria  
 quotannis peragebātur

vt dedit.

ARISTOPHANIS

Angebat se esse mercato Priuataq; Iust. Tun' e quam arte didicisti? Sy. Quā uola rem, quod negotiatores ad bellū exire nō coge. Iust. Quinam potes tandem bonus esse fur. trifur rentur, quod ab illis cō. Cūm nil horum tua referat, insuper palam meatus vrbi prospicere tur, quare expediebat Odio omnium obnoxius etiam sis. Sy. Nil mean eos in vrbe manere.

Patriam mean refert bene demererier,

a Lari dicebantur gar ruli, & vecordes, & qui cuiuslibet rei cupidita te capti dicebatur. A na tura aus lari, quā spu mam maris mirum in modē delectare tradūt. Quo autem pacto capi tur, annotavit interpres & Eraf. in Chili.

O Cephe<sup>a</sup> Lare pro uiribus? Iust. Mererier Proinde bene, est curare aliena scilicet Te curiosus, nibil ad te que attinent?

Sy. At ferre opem urbis legibus iacentibus, Pacto nec ullo unquam, ut hinc quisquam deuiet,

Committere. Iust. Sed hic ciuitas hos iudices

Constituit, omni qui gerant rem publicam

b Placet loquitur de iis qui aliena liti se vltro opponunt, & causas pro alias suscipiunt.

Studio. Sy. Reos quis ager? Iust. Cui id tandem<sup>b</sup> placet. Sy. Proinde ego sum ille, cur meum est negotia

Rei curare publicæ. Iust. Ergo per Iouem.

Tutorem habet, minime bonumq; uindicem.

Malisne uitam agere quietus in otio?

c Ouicula vitā vivere, pro lauram & delicata, quietamq; & ouū mo res iuerū in prouerbii, de stolidis ac stupidis.

Sy. c Vitam mihi ouicula suauem prædicas,

Si non aliquid uitæ studium ac negotium

Sit. Iust. Neq; tuam mutaueris sententiam?

Sy. Non si obvia manu mihi donaueris

d. Batti Sil. rarū & nouū honorem prouerbialiter, a Battō conditore Cyrenes: cui cum Afri summum honore habere vellent, Silphiū herba apud eos pulcher simam donarunt.

Ipsumq; Plutum, ipsumq; d. Batti Silphium.

Iust. Pone ocyus hic nunc palliū. Car. Heus tibi loquitur.

Iust. Dein exuere. Car. Tibi ista dicit omnia.

Sy. Me qui uolet uestrum proprius hoc prodeat.

Car. Ille ipse ego sum. Sy. Hei misero mihi, luci exuor.

Car. Alienæ qui cures, edere ne te putas

Debere! Sy. Viden' quid agis? ohe contestor hæc.

Car. Quem adduxeras testē, fugit hinc. Sy. Prehedor hic

Miser, hei mihi, solus. Car. Clamitas nūc? Sy. Rursus hei

Misero mihi. Car. Redde pallium istud, ut indianum

Hoc sycophantam. Iust. Non, sacrum est hoc Pluto enim

Dudum. Car. Sed ubi est iustius ea dedicanda, quam

Huic hominis pesti improbi lacernula hæc?

Ornare

PLVTVS.

Ornare enim Plutum ipsum honestis uestibus  
 Decet, cedò, quorūsum hos, & in quem, calceos  
 Vsum geris? Car. Quorūsum? nīsi ut mox illico  
 Fronti, ut<sup>a</sup> oleastro hos ad suam huius fortiter.  
 Sy. Abeo, pārem nam sentio me neutiquam  
 Vobis, sodalem si fuerō mīhi quēmpiam  
 Naclus, faciam hodie, ut Deus<sup>b</sup> fīculnus hic  
 Quāmuis potens, ac fortis, hercle dēt mīhi  
 Pōnas, quod unius Democratiā palām  
 Subuertat, ac neq; concioni ciuium,  
 Neq; audiens dicto est<sup>c</sup> senatui uspiam.  
 Iust. Iam nānc, quoniam hinc abiejs habes panopliam  
 Meām, ocyus hinc in balneum procurrito,  
 Ei q; loco pr̄fectus ad focum sede, &  
 Calfacito te: nam ego quoq; kabui olim hanc quandoq;  
 Stationem. Car. At hunc certē quatiet foras ibi  
 Arreptum in altum balneator testibus.  
 Nam simul eum aspicerit, adeò quod pēsimi  
 Sit commatis, agnoscet facile, nos intrō iam  
 Eamus, ut Deum ipsum adores tu quoq;.

¶ C H O R I.

Anus. Heus uos amiculi senes, peruenimus  
 Extra iocum ferē huius ad ædes Dei noui?  
 An prorsus à uia hinc<sup>d</sup> aberrauimus? Cho. Scias  
 Iam te ad fores uenisse adolescentula, rogas  
 Næ id commodi, atq; in tempore. An. Dic age nūc mīhi,  
 Ecquem euocabo horum foras domesticū?  
 Chr. Sine, namq; ego ipse exeo, prius dicas mīhi  
 Oportet, huc cur prodieris tu maxime.  
 An. Grauia atq; iniqua mīhi modō, amicissime, per hunc  
 Obiecta sunt, Plutum. nam ab eo, quo cōperit  
 Videre, non uisa expetenda hec amplius  
 Mihi uita fuit. Chr. Quid? sycophantria tun' quoq; es  
 Inter mulieres? An. Non, ita Deus benē me amet.

F

Chr. Neq;

a In sacris enim oleastris, & alijs arboribus solebant donaria assigere. Mos item erat agricolis arboribus cultuari, & membra assigere inuidiæ auertendę gratia, ne aresceret. Ad hæc venatores confuerat de captis fetis, aut caput aut pedē pelo arboris ali cuius in eadē sylva suffigere in honore Diana.

b Ficul, propter signi fragilitatem, quodq; ad omnia sit inutile, in puerbiū. Vir fīculnus molles, fīculnum pr̄sidiū, inutile.

c Senat. Nā quæ senatui placebant, ea ad populu referebantur. Rursum que a populo decer nebantur, a senatu rata habebantur.

d Tota errare via, in eos qui vehementer aberrant, metaphora dicta est a viatoribus, qui non nunquam a recta via errare solent.

Græ. ἀβίωτος βίος

ARISTOPHANIS

E tribubus constitue. Chr. Neq; literam sortita bibisti? An. Etiam insuper bant suos indices Athenienses. secundū literas, Scommata iacis? misera pereo amore, & male usq; ad K. Decem erant Tentigine uror. Chr. Proin mihi ocyus expedit, stationes. Prima tribus signum A. habebat. Se. Tentiginem quam predicas? An. Audi. fuit evda. B. atq; ita reliquæ Quidam mihi adolescens amasius, is quidem ordine, usq; ad K. Itaq; eum decē essent tribus. Pauper, tamen pulcher, uenustaq;, & bona totidem iudices scribe. Forma, ac probus. tum si indigus cuiuspiam, bantur. Qui sorte A. natus esset, primus iudicabat. consimilitatione Faciebat is mihi. uicissim ego omnia hæc reliquæ. Itaq; in litera nū fors tua exiluit? Vel forte literam sortita nō Ch. Quid porrò erat, quod maximè subin tui bibisti. Iocatur in sexū, & ætatem, quæ natura bibacior est. Sed & se- Egebat? An. Admodum rogabat paucula, nes iudicabant, quare dixit, sed non sortita bi- Sed interim dici baud potest quantopere Ilii lubens, & suppeditabam largiter.

Argenti enim uiginti in hirtum pallium:

In calceo, octo sub hæc: sororibus

Pallan tenuem, matri tunicam mercarier.

Modiosq; tritici rogabat quattuor.

Chr. Haud multa sunt isthæc per Apollinem quidem,

Quæ predicas: sed hinc liquet sane palam,

Te reueritum. An. Nec ista tamen se petere ait

A me coitus libidinis gratia,

Sed tantum amoris. ut tunicam gerens meam

Eset memor semper mei. Chr. Memor as mihi

Te effictim amantem hominē. An. At scelus nunc nō habet

Mentem ille eandem, ast degenerauit, totus &

Longè est alio à me animo: cùm ei placentulam

Hanc missitarem, aliaq; in hac bellaria

Lance, & subindicarem ad eum sub uesteram

Me uelle uenire. Chr. Quid, obsecro, fare, fecit is?

An. Nobis remisit banc placentulam, simul

Ne ad se redirem unquam voluit in posterum.

Atq; insuper isthæc addidit ille pestilens,

<sup>a</sup> Quondam fuisse strenuos Milesios.

<sup>a</sup> Proverbium quadratum in eos, qui a pristina fortuna ceciderunt, aut a moribus maiorum degenerarunt. Denique in omnes, q; e luculenta fortuna deterioriores facti sunt.

PLVTVS.

Chr. Iquiet profectò hinc moribus minimè improbis  
 Fuisse eum: atq; <sup>a</sup> diuitem factum amplius  
 Non lente delectarier, postquam antea  
 Auidè uorasset per famem ipse quelibet.  
 An. Atqui antea ipse, per deos, quotidie  
 Meas frequentabat fores. Chr. Ut quid piam  
 Efferret inde scilicet. An. Non per Iouem,  
 Verum ut meam audiret loquentis uocem. Chr. At ut  
 Abs te acciperet aliquid. An. Ita me bene amet Deus,  
 Me quando forte tristiorum cerneret,  
 Me blandiusculè <sup>b</sup> Nitarium & Bation  
 Suum uocabat illicò. Chr. Abs te calceos  
 Forsan petebat interim. An. Mysterijs  
 Magnis Cereris <sup>c</sup> plaustro insidentem aspicerat  
 Me quispiam, ob id misera ab eo totum diem  
 Cædebar: usq; adeò adolescens hic erat  
 Zelotypus. Chr. Et solus (uelut apparet) cibum  
 Libens capiebat. An. Atq; habere me manus  
 Perelegantes prædicabat serio.  
 Chr. Cum porrigerent uiginti ei, tum maximè,  
 Drachmas. An. Redolere meum subin corpusculum  
 Suauiter diebat. Chr. Quoties infunderes  
<sup>d</sup> Thasion ei, meritò ille per Iouem. An. Dein  
 Mihi quam uenusti oculi, atq; molliculi forent.  
 Chr. Narras hominem dextrum, uetula qui nouerat  
 Scite <sup>e</sup> caprissantis uorare uiatica.  
 An. Heus uir bone, hec minimè bene facit Deus,  
 Qui pollicetur ferre opem tolerantibus  
 Iniuria semper.. Chr. Quid ergo postulas,  
 Tibi ut faciat, loquere, & dabit effectum illico.  
 An. Aequum est, eum ut cogat, cui à me olim fuit  
 Bene, beneficium illum ipsum mihi rependere.  
 Aut prorsus est aequum boni ne tantulum  
 Debere habere. Chr. Ergo ille debitum tibi

<sup>a</sup> Diuina, de eo, qui sed  
 lautiorem fortunā cue-  
 stus fastidit ea, quæ pri-  
 us inops boni consule-  
 bat. Lens enim pauperū  
 cibus est, & tenetū ho-  
 minum.

<sup>b</sup> Nitari, diminutiu-  
 sunt vocabula blandie-  
 tum mulieribus, quasi  
 dicat, passercule, seu  
 pullula. Symmachus tra-  
 dit, Nitaru & Battu in  
 molliciem torqueri so-  
 lere. Sed & pumulas  
 mulierculas, Batylas vo-  
 catas fuisse. Est & piatæ  
 genus Batyle. Et Theo-  
 pompi quædam conce-  
 dia, Batyle dicta fuit.

<sup>c</sup> Plaust, mulieres A-  
 thenienses ad magna E-  
 leusinia mysteria plau-  
 stris vehebatur: & inter  
 vias iocos, & sales in se  
 mutuo iactabant.

<sup>d</sup> Thasium infundis,  
 quoties vīnū non aqua,  
 sed efficaciori vīno di-  
 luitur. Thasia vīna olim  
 inter laudatissima fui-  
 se numerata constat. Est  
 autē Thasus insula cit-  
 ta Thraciam.

<sup>e</sup> Capriss. Anus hircif-  
 fans, de anu int̄pestua  
 libidine adhuc pruriēti,

## ARISTOPHANIS

Soluebat olim singulis puto noctibus.

An. Addebat et illud interim, dum uiuerem

Nunquam relictum quidem me in posterum.

Chr. Recte quidem ille, uiuere te nunc non putas.

An. Ah o senex charissime, pre dolore ob id

Nimio misera contabui. Chr. Minime, ut mihi

Videris, at computruisti factide.

a. Per annulum mediū  
traharis oportet, in eis,  
qui gracili vehementer  
sit corpore: siue accidat  
id nimia macie, siue na-  
turae virtus.

An. a Imo per annulum medium me traxeris.

Chr. Si circulum cribri fuerit is annulus.

An. At qui hunc adolescentem aduenire huc conficor,

Dudum reum quem ago, et ire aliquo ad coniuinum

Visus mihi commessatum. Chr. Ita apparet, gerit

Secum corollam, una et facula insolentior.

Ado. Saluto uos. An. Quid ait? Ado. Vetus amica subito

Per celum, ut es incana nimis effecta. An. Misera me,

siccine lacebier ab hoc iniurijs?

Chr. Apparet haud longo admodum te tempore

Vidisse. An. Quam queso, miser, dudum? qui heri

Adhuc etiam apud me fuerit? Chr. Proin quidpiam

Huic accedit multo secus quam ceteris.

b. Ebrii parum bene vi-  
dent, iocatur, quod ado-  
lescens potuerit canos  
animalia dijudicare.

Nam (ut videtur) b potius acutius uidet.

An. Minime, sed est intemperantior indole

Suapte. Ado. Neptune equoree, dijg; omnes senes,

Huius facies anus quot est rugis nimis

Deformibus arata senio.

c. Interictio cōsternata  
repente, cum adoles-  
centis illi faciem admō-

ueret. An. c Ah ah.

Noli mihi admouere facem amabo. Chr. Bene

Hec predicat: nam si una uel scintillula

Corripiat eam leuiscula, succederit

Vt ramum oleaginum ueterem facillime.

Ado. Vin' nunc aliquando ludere mecum semel?

An. Vbi miser? Ado. Hic, nucibus. An. precor, dic quo

modo?

Dicere debuisset, quot  
habes nuces, sed quia a. Ado. Dentes quot habes, eloquere? Chr. Falso ipse ut sciā:

Fortasse

PLVTVS.

Fortasse tres aut quatuor. Ado. Persoluita,  
 Unus molaris est ei solum. An. Miser,  
 Videre mihi sanus parum, qui balneum  
 Me hic efficit inter tot viros. Ado. Nos iunioris  
 Forsan magis, modò quispiam, si te<sup>a</sup> abluat.  
 Cbr. Minime gerit se fraudulenter pessima.  
 Et artibus<sup>b</sup> cauponiciis, quod si ablueras  
 Meretricium hunc fucum, uideas planè nibil.  
 Nisi uultum aratum incisionibus. An. Senex  
 Vir cùm sies silicernium, uideris hand  
 Ecastor esse sanus. Ado. Hic te forsitan  
 Tentat, papillas cùm tuas bas bellulas  
 Contrectat, id clam me facere se existimat.  
 An. Non per Venerem, scelesti, quidē ille meas. Chr. Ego  
 Verō minime, prorsus nisi infanus sis.  
 Sed heus tu adolescens, hanc puellam odisse te  
 Nunquam sinam. Ado. Imò perditè hanc deamo quidem.  
 Chr. Atq; interim te grauiter accusat. Ado. Reum  
 De crimen quo me agit? Chr. Superbum predicat  
 Te, & improbum, atq; dicere,  
 Olim fuere strennui Milesij.  
 Ado. Hanc propter, haud tecum ego equeidē pugnauero.  
 Chr. Qui dum? Ado. Tuam etatē hanc reueritus, id neq;  
 Commisero alteri facere, ito iam, atq; tu  
 Letus puellam hanc ducito. Chr. Noui tuum  
 Consilium, ut amplius cum ea conuinere  
 Nolis. An. Quis autem ille est, id hic qui postea  
 Commiserit? Ado. Non differuero iam amplius  
 Cum isthac subagitata<sup>c</sup> innumerous annos, item &  
 Ter mille. Chr. Tamen uinum simul hand grauatus es  
 Bibere, est eidem<sup>d</sup> sex bibenda et iam tibi.  
 Ado. Sed sex nimis iuctus est, nimisq; putrida.  
 Chr. Proin<sup>e</sup> trygæpus omnibus his medebitur.  
 Ado. Sed ingredere nunc nam Deo has corollulas

nui loquitur, in eā jacit  
 cœnitū. Ludus iste erat  
 heuimodi. Nuces ali-  
 quis capiebat manu in  
 pugnū cōtracta. Qua p-  
 tena rogabat alterū, cū  
 quo certamē erat, quot?  
 Hic si cōlectura nume-  
 rum assequeretur, obti-  
 nebat nuces illes: si fal-  
 let, persolueret cogeba-  
 tur toride, quot in ma-  
 nu alterius percontatus  
 depræhendisset.

<sup>a</sup> Abluet, interpres ad-  
 monet, lotionē cō uitio-  
 sam fuisse, & Pollux,  
 ολύμπιον usurpauit, p  
 comitari.

<sup>b</sup> Caup. id est, fraudu-  
 lentis. Nā caupones vi-  
 na sua corrumpere &  
 adulterare solēt, & vestes  
 suas delibuerent.

<sup>c</sup> Annos. a viris immi-  
 meris vult dicere.

<sup>d</sup> Fecē bibat oportet, q  
 vinum bībit, qui frātis  
 sit optimis, idem debet  
 etiā deteriora boni cō-  
 sulere. De anu dicitur,  
 quē vernans quondam æ-  
 tate, nūc a iuene fasti-  
 ditur.

<sup>e</sup> Trygæpus, vimineū  
 vas est, subiectū ori cor-  
 eularis, p quod colatur  
 mustum seculentū, sub-  
 est sensus obscenius.

ARISTOPHANIS

Quis porto, dicare uolo. An. Atq; ego illi aliquid uolo  
Nūc dicere. Ado. Intrō ego nō eo. Chr. Animo esto bono,  
Neq; metuas: nam uim faciet nullam tibi.  
Ado. Dicis probē admodum: satis enim iam diu  
τηπεπίτζω, ήστέλ· Isthunc arau fundum. An. Abi præ, subsequor  
γραψ, ποτεφίλων, Ponē. Chr. O supreme Iuppiter, ut hæc fortiter  
τίνονται, τωνηλθόρ, Anus, uelut ostreum, heret adolescentulo.

Inquit interpres: hoc est  
libidinatus fui, petulā-  
ter egi, osculatus fui,  
mouī, coīui. &c.

CHORI.  
Car. Quis est ohe, qui ianuam banc pulsat? quid hos  
Erat rei? nemo uidetur: attamen  
Hoc ostium aliōqui solitum stridere nunc  
Sonat. Mer. Heus Cariō, mane tibi inquā. Car. Eho mīhi  
Dic, has sores tun' pulsitabas trepide ita?  
Mer. Non per Iouem, facturus eram tamen, nisi  
Me ipsus prior celer occupasses: ocyus  
Huc quod potes foras herum tuum euoca:  
Dein coniugem cum liberis, famulos sub hee,  
Tum autem canem, tandem teipsum, atq; hinc suem.  
Car. Eho, rei quid est? Mer. Rogas? heus rustice  
Vos Iuppiter omnes uult in eadem lance nunc  
Mis̄tos simul in barathrum dare precipites modò.

Lingua seorsim inci-  
ditur, parœmia. In sacri-  
ficiis lingua exacta pre-  
conibus dari solebat, a-  
lioqui ex victimis lin-  
gua debebatur Mercurio,  
ut tradit Callistra-  
tus.

Car. At nuntio horum lingua seorsim ceditur.  
Sed ista cur nobis meditatur Iuppiter  
Facere? Mer. Facinus quod perpetrasisti pessimum.  
Nam ex quo iste Plutus cœpit iterum cernere,  
Nemo dij uobis placenta, aut thure, uel  
Lauro, litat: nec prorsus offert quidpiam.

Car. Nec per Iouem quisquam faciet posthac sacrum.  
Nam nos suimus uobis parum tum temporis  
Cure. Mer. Reliquos nihil moror magnopere  
Deos: at ego male dispereo, atq; proteror.  
Car. Tandem incipis sapere? Mer. Antea mibi nam bona  
Mane illico omnia erant probē lautiſſima  
Ab hisce cauponis mulierculis: nuces,

Mella,

Mella, & placente, & carice, tum & offula  
 Ex melle uinoq; admodum suauiter,  
 Atq; id genus alia, quo decet Mercurium edere.  
 At nunc <sup>a</sup> pedibus per otium erectis, fame  
 Dormio male confectus. Car. Merito quidem, bona  
 Cum tanta nactus insuper damnum dares.  
 Mer. Eheu miserum me, eheu placentam, que mihi  
<sup>b</sup> Quarto solebat pinsier. Car. <sup>c</sup> Desideras  
 Hanc, que deest, frustraq; uocas. Mer. Ehei mihi,  
 Coxas <sup>d</sup> priores uictima, queis uescier  
 Adsueueram. Car. Nunc <sup>e</sup> utribus ad dium pede  
 Nudo insilito strenue. Mer. Calidaq; uiscera,  
 Que tum uorabam suauiter. Car. videtur hic <sup>f</sup> dolor  
 Tua uiscera inuadere. Mer. Calicem heu, parem parti,  
 Quem miscuere tum mihi. Car. Simulatq; eum  
 Ebiberis, haud euaseris isthinc quidem  
<sup>g</sup> Fuga. Mer. Proinde amiculum tuum re quispiam  
 Non iuuueris? Car. Si quid opus est, quo ferre open  
 Tibi potero. Mer. Panem mihi si pistum probē,  
 Carunculamq; iuuenculam ex ijs, que intus modō  
 Vos immolatis, dederis edendum. Car. <sup>h</sup> Efferre nil  
 Prorsus licet hinc. Mer. Atqui quoties tu <sup>i</sup> uasculum  
 Quod furtim hero eriperes, ego feci, ut clam foret  
 Id sedulō. Car. Mecum ut caperes partem trifur.  
 Panis recens, & adhuc calens cesit tibi.  
 Mer. Tu hunc interim tibi uorabas postea.  
 Car. Sed non grauia ex aequo accipiebas uerbera  
 Mecum, ubi in aliquo deprehensus essem crimen.  
 Mer. Ne <sup>l</sup> memoriam mihi refrices malorum, <sup>m</sup> Phylan  
 Si inuaseris, uerum ut sodalem, te obsecro  
 Domesticum me suscipite. Car. Et diu omnibus  
 Tu, hic relictis, manseris? Mer. Quin uestra nam  
 Isthuc potiora sunt, adeoq; partibus  
 Multis. Car. Quid: an transfugere nimirum putas

<sup>a</sup> Pedib. porrefsis dormire  
 dicuntur, quoru supinitate,  
 & negligentiā significamus.  
<sup>b</sup> Quarto, hic numerus cre  
 debat sacer Mercurio. Sin  
 gulis enim mēsibus quarto  
 quoq; die ponebant Mercu  
 rio, q; adhuc hodie ab eo ser  
 uat nomē. Pr̄ter festa, statī  
 dies vniuersitq; mensis sa  
 cri existimabatur certis dñs  
 Athenis. Neomeniae, & sep  
 timus. Apollini, octauus  
 Theseo.

<sup>c</sup> Desid. allusum est ad par  
 temiam, hylā inclamatis, de  
 sis, qui frusta vociferantur:  
 deplorat placetas, quas in sa  
 cris edere solebat.

<sup>d</sup> Priores. anteriora mem  
 bra, vt brachia brutorū ani  
 malium, dicata erat Mercu  
 Rider Athē. q; olla Dñs of  
 ferrent.

<sup>e</sup> Vtribus. & noloxi. Al  
 colia apud Athē. festa erant,  
 in quibus in medio theatri  
 super vtres inflatos, & vu  
 etos nudo pede saltabant, vt  
 delabentes risum excitarēt.  
 Celebrabantur in honorem  
 Bacchi. Verg. Georg. i. Vn  
 etos saliere per vtres.

<sup>f</sup> Dolor. Ventris flatu vult  
 dicere: nam cū in intestinis  
 luctatur venter, dolor nasci  
 tur eiusmodi.

<sup>g</sup> Fug. malorū finem habe  
 re non poteris.

<sup>h</sup> Efferre, religiosum erat,  
 ex ijs, que lati sacrificaban  
 tur, aliiquid foras efferre: vnu  
 de prouerbiā in tenaces, lati  
 sacrificare.

<sup>i</sup> Vacu. quippe sur Mercur  
 ius, & surum deus.

<sup>l</sup> Memoria. parcmia mo  
 ner, malū bene conditū non  
 esse mouendum.

<sup>m</sup> Thrasylulus occupate

A R I S T O P H A N I S

Phyls, loco munito, tri<sup>r</sup>. Tibi esse uidetur elegans, & admodum  
 ginta tyrannos susculet. Post vbi arrogatius qd. Vrbanum? Mer. Ibi patria est, ubi bene sit tibi.  
 dam dixisset, audiuit, ne Car. Quae in re usui nobis fueris, si maximè  
 malorum memineris.  
 a. Celebrauit & hæc Sis hic apud nos? Mer. Ad fores me ponite  
 sententia inter parcerai- Vel<sup>b</sup> ianitorem. Car. Hic ianitorem? at nil opus  
 as. Quouis terra patria est. Vir bonus & sapiens Plane est strophis ad ianuam. Mer. Quin rectius  
 vivitq; viuit, felix est. Negotiatorem. Car. Affatim iam diuites  
 b. Ianitorem. ~~Mer. Quid opus est?~~ Facti sumus: quorsum ergo opus est nutritre nos  
 Mercurii cognomen est. Ludit am- Reuenditorem Mercurium? Mer. Igitur agam  
 plibolo, signat & ver- Pallacijs. Car. Apagè, mintime est fallacijs  
 sumus. Posthac opus ullis amplius, sed moribus  
 Est integris castisq; agendum scilicet.  
 Mer. Duce agam. Car. At Deus uisum recipit, cur duces  
 Nihil est opus amplius. Mer. Proin certaminum  
 Praefestum agam: quid habes quod amplius mihi  
 Respondeas: uehementer enim Pluto utile  
 Ducetur, edere musica, atq; gymnica  
 e. Ut pul. quadrat in eos Certamina. Car. Ut pulchrum est habere plurima  
 qui multa simul profi- Cognominam: nam hac ratione parauit hic sibi  
 tentur, quo vberiorem questum faciat, aut qui Victum. neq; frustra omnes in id incumbunt ferè  
 diuersarā sunt partiū. Qui iudicant, ut in libellis nomina  
 d. Libel. vt sint indices, volūt in Ario prgo, vo- Multis habeant sua scripta. Mer. Proin restā intrō eot  
 lunt in alio foro, ne oti- Car. Quin ad puteum concedito prius, hos citō  
 entur. Ut ventriculos laues, ut ego quam ualde sis  
 Ad seruendum accommodus, uideam illico.  
 Sac. Quis dixerit mihi palam, Chremylus ubi  
 Siet? Car. Heus bone uir, quid est? Sac. Quid aliud? quam  
 male?  
 Ego ex quo enim occipit uidere Plutus hic,  
 Fane dispergi, nec est quod edam, summi Louis  
 Cum sim ipse seruatoris unus sacrificius.  
 Car. Hem per deos, caussx quid est? Sac. Nunc amplius  
 Nemo sacrificare uult diis. Car. Quamobrem? Sac. Quia  
 Nunc affatim omnes diuites sunt, nam antea

Cum

Cum nil haberent, hic periculo graui  
 Seruatus, ut mercator erat, uel uictimam  
 Cedebat adueniens domum: alius quispiam  
 Vel absolutus iudicium sententijs.  
 Mactabat alter uictimas, & me illico  
 Ad se euocabat sacrificum, at ne nunc quidem  
 Vnus litat, sed ne ingreditur quidem, nisi  
 Alium exoneratur, & quidem plures decem  
 Milibus. Car. Proinde ab his tu colligis, tibi  
<sup>a</sup> Solennia, que debentur, & legitima.  
 Sac. Videor Iouem ipsum mihi ualere dicere  
 Longum, ut maneam hic. Car. Lubenti animo tantū siles,  
 Pulchre se habebunt omnia, si uolet Deus.  
 Nam sospitator Iuppiter hic presens adest,  
 Et sponte sua quidem. Sac. Ista narras omnia  
 Bellissime. Car. Mane hic, quoad statuerimus  
 Actutum, ubi fuerat situs prius modo,  
 Plutum, ut <sup>b</sup> deo posticulum custodiat  
 Hinc sedulò. sed heus foras huc prodeat  
 Quis, qui faces huc efferat ardentes, ut Deum  
 Dux antecadas has gerens. Sac. Hæc maximè  
 Ita sicut peragenda. Car. Heus heus aliquis Plutum foras  
 Huc euocet. An. Quid autem & ego factura sum?  
 Car. <sup>c</sup> Has ollulas attollito in caput tuum,  
 Quibus Deum firmabimus, decentius.  
<sup>d</sup> Venisti enim uarijs recincta uestibus,  
 An. Qorum huc ego gratia adfui. Ca. Fient tibi  
 Iam mox nam adolescens hic ueniet sub uesteram  
 Ad te. An. Mihi si per Iouem promiseris  
 Venturum cum ad me ad uesteram, has ollas feram  
 Lubens. Car. At ollæ istæ faciunt à ceteris  
 Diuersum. alijs ollis enim supernatat  
 Summa ferè in superficie spuma, his subest  
 Spuma ollulis planissime.

<sup>a</sup> Selen. stercora dicit  
 per iocum, cum pelles,  
 & anteriores uictimaru  
 partes dixisset. Mos e-  
 rat reliquias hostiaru fa-  
 credoti relinquere.

<sup>b</sup> Deo. Mineruæ Po-  
 liadis, ubi erat ærarium.

<sup>c</sup> Moris erat in dedica-  
 tionibus statuarum, vt  
 elixara legumina a mu-  
 lieribus varia ueste a-  
 mictis in ollis religiose  
 circumferrentur.  
<sup>d</sup> In purpureis enim et  
 uestibus varijs incede-  
 bant cum fastu.

Summa. cū legumina  
 feruent que coquuntur,

## ARISTOPHANIS

Zocu's enim & canum,  
& spumam signat: aut  
cōcretam iuris pingue  
dinem.

Nihil est cur nos cunctemur nūc amplius, at cedere retrō  
Aequū est, pone cantantis enim oportet simul hos omnes  
sequier.

## ¶ FINIS PLVTI.

¶ Permissum atq; concessum est Harmanno Borculos  
typographo Regie maiestatis priuilegio, Comœdiā hāc  
Aristophanis Plutum, & secundam quoq; eandem autho-  
ris Comœdiam Nebulas, suis typis excudere, atq; nemo  
ausit aut curet easdem alibi excudere, aut excusas distrae-  
here ad certos annos: uti patebit in calce Nebularum, sub  
pœna in monun. entis expressa. Datum. &c.e.

